in alle.c.ꝙ in du-
bijs. Innoc.in.c.
ex inſinuatiõe.j.
de ſimo. Card.in
cle.gr̄e.viij.no.d
reſcript.⁊ in cle.j.
qđ.ix.de renun.
❀ Sebaſti. Sapia.
d ¶In pꝛeſentia.
In pꝛeſentia põt
renũtiari ſi pars
acceptauerit al's
ſi non conſtet de
acceptatiõe nihil
operatur ita vult
Sal.in.l.iubem9.
C.de lib.cau.no.
Feli.in.c.ſi cau-
tio.co.vj.de fi.in-
ſtru. Alex.in ꝯſi.
cxij.inci.viſo.col.
iij.in.iij.volu.⁊ in
conſi.xx.incip.in
cauſa appellatio
nis.in.iiij.vo.

e ¶Non debet ad
mitti. Adde do.
de Ro.dec.ſuis.
hoc eo ti.in anti-
qs vbi dicunt ꝙ
licet nõ valeat re
nuntiatio bñficij
poſt ſpoliationē,
ꝙ tamē valet re-
nũtiatio petitio
nis reſtitutionis
per actum ⁊ dicit
Lap. alle. xxiiij.
ꝙ valet renuntia
tio facta poſt ſpo
liationē ſi añ ſpo
liationē ſpoliat9
ꝓcuratoꝛē cõſti-
tuerit ad renun-
tiandum.
❀ Sebaſti. Sapia.
f ¶Spõtanea ſo-
lutio. Iſtud non
pꝛocedit quando
tēpoꝛe ſolutionis
etiā durabat cau
ſa metus ſicut tē
poꝛe ꝓmiſſionis
vt terroꝛ tyꝛanni
vt no. Imol.in.c.
cām matrimo-
nij.de offi.deleg.
Ange.in.l.qui in
aliena.§.fin.ff.de
acqui.her.⁊ Jaſ.
poſt alios in.l.ſi
ob turpem.ff.de
cond.ob turpem
cauſam.vbi late
quando ex actu
ſequenti purge-
tur metus.

perdet possessionem, licet secus sit quando sponte renūtiat. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss. Sed certe vt dicit hic do. Ant. ista scđa solutio non videtur vera nec bene videtur ꝓbari iure sed potius vř di cendum oppositū ꝙ coacta volūtas: volūtas est: vt. ŝ. dictum est. ꝛ sic videtur ꝙ sicut perdit possessionem sponte renuntians, ita p metum renuntians. Plus dicit hic do. An. ꝙ quando renuntiatio nō est spō tanea sed meticulosa. s. coacta ꝙ potest dici ꝙ si fiat circa beneficiū nō tollit ius ad ipsum beneficiū, qꝛ dꝫ esse libera volūtas in renūtiando ꝛ sic in tollēdo ius beneficij: sicut etiam debet esse libera in conferendo ipsum beneficium: ꝛ sic vř ꝙ si non sit libera sed coacta ꝙ ipso iure nō teneat ꝙ sit. all. qđ habeř in. c. abbas. j. qđ me. cā. ꝛ sic videř ꝑm eū ꝙ ta lis renūtiatio meticulosa beneficij nō ꝑiudicet in ꝓprietate sꝫ in alijs rebus ꝓcedit ꝙ dixi ꝙ renuntians p metū ꝑdit possessionē sicut spon te renuntians. ¶ Sed aduerte qꝛ gl. dicit in sequenti solutione ꝙ per renuntiationem factam per metū ꝛ etiā in beneficijs perditur ꝓprie tas ꝛ possessio sicut ēt in alijs rebus, lꝫ ꝓ recuperatione beneficij com petat actio ꝙ me. cā. ꝛ ēt vtilis actio in rē. vt ꝯtingit in alijs rebus. et istud ēt tenent do. de Rot. in sua conclu. ccclxxvj. ꝛ de hoc dixi in. c. ad aures. j. qđ me. cā. ꝛ tene mēti diligēter hunc tex. cum gl. seq. qꝛ illā ibi

a non allegaui.[a] ¶ † Item etiam aduerte qꝛ videtur etiā qñ obijcitur
45 de renuntiatione ante spoliationē ꝙ illa nō deberet admitti, qꝛ lꝫ qs renūtiauerit si tñ tēpore quo spoliař reperiař possidere videtur ꝙ nō sit licitum ipsum spoliare per id qđ habeř in. l. ex stipulatione. ff. de ac qui. pos. vbi nō lꝫ emptori expellere ꝓpria autoritate de possessione vē ditorem lꝫ perfecta fuit venditio ꝛ ꝑtium solutū. Sꝫ potes dicere pri mo illud qđ dictū est. ŝ. debeat intelligi qñ per renūtiationem ꝑdide rat possessionē ꝛ illam nō habeat tpe spoliationis sed forte merā detē tionē. facit ꝙ habeř in. l. j. §. deijcitur. ff. de vi ꝛ vi ar. Vel pōt dici ꝙ ēt si
b possideret tempore spoliationis[b]: qꝛ tunc illa possessio erat incolora ta ꝓpter renuntiationē preambulā: ideo non est sufficiēs ad recuperā dum: qꝛ dꝫ esse colorata: vt voluit gl. in cle. cām. de cau. poss. ꝛ facit ēt ꝙ bene consueuit dici in. c. in literis. ꝛ. c. ex parte. j. de rest. spo. ꝛ quod etiā
46 ibi no. per do. Anto. ¶ † Aduerte qꝛ gl. hic in ver. ad hoc vt nullū sit contrarium ita dicas. inquantum dicit ꝙ qñ per metū est facta renū tiatio a beneficio ꝙ dař vtilis in rem ipsi renuntianti. sic videtur velle ꝙ perdita sit possessio etiam nedum directum ius beneficij per talem renuntiationē cū actio in rē non deř possessori. j. de iud. examinata. ꝛ. l. vna. C. de alie. iu. ꝛ sic videř tex. cum gl. cōtra opi. Inno. inquantum di cit ꝙ p renuntiationē metu extortam non perdiř possessio. Item etiā vř esse casus cōtra opi. do. An. qui voluit ꝙ renuntiatio beneficij fa cta p metū sit ipso iure nulla sicut ꝛ matrimonium carnale p metū con tractum ꝑm not. in. c. abbas. qđ me. cau. ꝛ. j. de spon. cū locum. Nam vř ꝙ imo tenet de mero iure. vt hic est tex. cū gl. ꝑm intellectū quē hic po nit gl. in ver. ad hoc. lꝫ cōpetat metum passo actio qđ me. cau. ꝛ vtilis in rē. ꝛ istud etiā tenuerūt do. de Ro. in sua cōclu. cccxxvj. Et sic patet ꝙ in hoc non eqparanř matrimoniū spirituale ꝛ carnale: ꝛ de quibus dam alijs differentijs tangiř per Jo. An. in. c. tue. j. de spō. Itē aduer te inquantū dixi ꝙ renuntians beneficio non vř renūtiare iuri ꝑsona li ꝙ illi nō coheret ꝑm Pe. vt. l. j. §. si heres. cū ibi no. ad Treb. vbi ptꝫ ꝙ actio ꝑsonalis nō sequiř rē sed personā. Nā vř ꝙ si expresse renūtia ret etiam iuri personali ꝛ sic iuri agendi possessorio ꝙ isto casu bñ ad mittitur talis exceptio. qꝛ tunc concluderet ad ipm possessoriū ēt, si sit possessorium recuperande: ꝛ hoc etiā tenuit hic Inno. in glo. c. ex insi nuatione. j. de ꝑcu. in ver. canonicū. ꝛ do. de Ro. in sua concl. ccclxxiij. ꝛ ꝙ dixi de renuntiatione intellige qñ fuerit facta aduersario ꝑsente per id qđ. ŝ. dixi. ꝛ qđ no. in. l. j. C. de pac. secus vř si ꝯ agentem possesso rio recuperāde opponař exceptio concludēs ad ꝓprietatē iuris tm̄, vt qꝛ excipiens diceret agentē priuatū vel priuandū beneficio ꝓpter simoniā vel renuntiatū esse ꝓprietati: qꝛ tunc admittereř hec exceptio velut non detrahēs iudicio possessorio, saluo nisi de illa ꝯstaret p con fessionē partis vel notorie: quo casu admitteretur exceptio ꝓut agiř ad ipsam rē siue beneficiū lꝫ non admittař ꝓut ageреř ad aliā dandā ꝛ fructus medij temporis. alle. Inno. quod habetur in. l. idem est. ꝛ. l. si
47 plures. de vi ꝛ vi. ar. sꝫ melius facit. l. j. §. si fundus. eo. ti. ¶ † Et ex hoc dicto Innoc. habes duo. Primo ꝙ lꝫ non possit interdum agi ad ip sam rem, poterit tamen ad aliam rem dandam ꝛ ad fructus medij tē poris. pro quo bene facit. d. l. j. §. si fundus. Item scđo habes no. ex di
c cto Inno. ꝙ exceptio defectus[c] notorij proprietatis habet obstare a gēti ēt possessorio recuperande: ꝛ videř velle Inno. hoc ꝓcedere etiā si notorium non cōcludat pro ipso opponente super proprietate sꝫ so lum super defectu iuris agentis, ꝛ etiam voluit Inno. j. de fi. ꝑs hv. cō
d stitutus.[d] Sed contrarium voluit glo. in. c. ad decimas. de rest. spo. li. vj. vbi videtur velle ꝙ ita demum contra agentem possessorio recupe rande, admittař exceptio notorij defectus iuris agentis: quādo noto rium facit pro ipso opponente. Jo. An. tetigit de materia in add. spe. super rub. de rest. spo. vbi videtur tenere dictum Innoc. in. d. c. consti tutus. ꝛ etiam hoc ponit domi. Anto. ꝛ in. c. in literis. j. de rest. spo. con cor. opin. Nam dicit ꝙ si querimus in beneficialibus tunc procedit o pi. Innoc. hic: ꝛ in. d. c. constitutus. quia sufficit ꝙ concludatur defect⁹ notorij iuris proprietatis in agentem ex eo quia beneficium non po

a ¶Allegaui. Adde Cal. consi. j. de renun. ꝛ vide do. de Ro. in antiqs. vbi deci. hec alleg.

b ❧Sebasti. Sapia. ¶Tēpore spoliationis. Vel forte dici pōt ꝙ ver ba hoc important quando quis renuntiat ꝙ possit qs ꝓpria autori tate capere possessionem. nam dꝫ ꝙ si qs in venditione dicat vēdidit ꝛ tradidit, per illa verba cēseř data autoritas intran di ꝓpria autori tate. vt not. Bar. per illum tex. in. l. ꝑdia. ff. đ acquir. poss. no. ꝛ limitat Ro. ꝛ alij in. d. l. si ex stipulatiōe. ergo verisilr̄ vba renūtiatiōis im portabūt ꝙ pos sit ꝓpria autori tate capi possess. ❧Sebasti. Sapia.

test teneri sine canonico tit. j. de regu. iur. benefi cium. lib. vj. Et ideo tunc concluditur agens etiā possessorio recuperande ꝓpter talem exceptionē notorij defectus iuris agentis lꝫ constet reum habere. Sꝫ in alijs non bñficialibus non posset ꝓ cedere opin. gloss. in. c. ad decimas. ex eo qđ alia res pōt possideri lꝫ non habeatur titulus in illa. ꝛ ideo tunc non admittitur exceptio notorij de fectus iuris agētis possessorio recuperande, nisi sit notorium ius proprietatis reo competere. de quo plenius dici consueuit. in. d. c. in literis. ꝛ fa cit etiam ad ꝑdicta quod no. Innoc. j. de diuor. c.
48 porro. ¶ † Et p ꝑdicta dicit etiam Innoc. qđ si contra agētem possessorio recuperande obijcia tur exceptio qđ donauit rem ipsi possessori quod non admittetur exceptio etiam dato quod ante
c donauerit quam fuit spoliatus[c] quis ad talē do nationem nō sequitur necessario perditio posses sionis, cum ex solo titulo non perdatur possessio nec transfertur dominium. l. traditionibus. C. de pact. ꝛ sic talis exceptio non detraheret iudicio possessorio. secus si excipiens diceret quod dona uerat ꝛ tradiderat ante aliquam spoliationem, vel si allegaret, quod donauerat ecclesie per id quod habeř in. c. ij. ŝ. de consue. Sꝫ certe istud vl timum non videtur verum: quia licet sine tradi tione transferatur dominium in ecclesiam nō ta mē possessio nisi interuenerit aliquid loco tradi tionis, ꝛ sic loquitur. d. c. ij. ꝛ facit quod no. in. d. l. fina. C. de sacrosan. eccle. ꝛ. l. cum duobus. §. idem
49 respondit. ff. pro soc. per gloss. ¶ † Item inquan tum dixi admitti exceptionem quod donauerat ꝛ tradiderat ante spoliationem intelligitur ꝙ tē pore spoliationis non possidebat sꝫ detinebat, qꝛ tunc non competeret sibi interdictum vnde vi. Unde secus videretur si possedisset ex quo agere tur de rebus non beneficialibus per ea que ha bentur in. l. si ex stipulatione. ff. de acqui. poss. In no. ꝛ do. Anton. simpliciter pertranseunt cum eo quod. ŝ. dixi. Et per hoc habes expeditum pri
50 mum intellectum hic positum in glo. ¶ † Sꝫ ad uerte: quia iste intellectus non videtur congrue re illi. c. solicite. vbi: litera non videtur se fundare ex eo, quia exceptio opposita concernat proprie tatē: sed ex eo quia non est verisimile ꝙ sponte re nuntiauerit, sꝫ ad hoc videtur voluisse eadem gl. ibi: ꝛ etiam Innocen. hic ꝙ ratio ibi posita in tex. non est perfecta: ꝛ alia ratio fuit que superius est tacta licet illa non assignetur in text. Sed certe iste intellectus videtur violare literam illam. iđ do. Anto. hic tangit alium intellectum: videlicet
ꝙ debeat ponderari modus opponēdi. Nam si quis allegando renuntiationem alleget per hoc defectum proprietatis tunc non audiretur, ꝛ sic intelligatur ibi. Si autem allegat etiam defectū iuris agēdi possessorio: tunc bene audiretur. ꝛ sic intelligatur hic, ꝛ sic vult ista solutio quod renū tians beneficio videatur renuntiare iuri proprie tatis ꝛ etiam iuri agendi possessorio: ꝛ sic iuri per sonali. Unde alius fuit intellectus quem hic teti git Innocen. videlicet qđ ibi non admittitur ex ceptio renuntiationis ante restitutionē: quia ta lis exceptio non est verisimilis: vt ibi dicitur. Et si dicatur quomodo respondetur ad hunc tex. di cit quod ibi loquitur quando obijcitur exceptio renuntiationis cōtra agentem possessorio quod est iudicium de facili expedibile ꝛ priuilegiatum. facit quod habetur in. l. si quando. C. vnde vi. ꝛ. j. de resti. spolia. c. in literis. ꝛ. c. itē cum quis. Et est etiam modicum preiudiciale: cum succumbens in possessorio non perdat ius proprietatis. l. natu raliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. poss. ꝛ facit qđ no. j. de causa pos. ꝛ propri. c. pastoralis. ꝛ. c. cū dile ctus. ꝛ. c. fi. ꝛ ideo nō admittitur talis exceptio ex

c ¶Exceptio ōfe ctus. Vide no. in l. ij. C. de edic. di. adr. tol. Pau. de Cas. i. l. si de vi. ff. de ind. ꝛ Alex. in l. naturalr̄. §. ni hil commune. ff. de acqui. pos.

d ¶ Constitutus Adde de hac ma teria vidēdū Ol dr. consil. j. ꝛ. ccix. ro. ꝯs. cccclxxxiij. Lapū alle. xxiij. do. de Ro. decis. dcxxv. đ rest. spo. in fi. ti. in antiqs. vbi sequunř hoc dictū Inn. ꝛ vide p eosdē ibidē đci. ccclxxj. incip. vbi aliqs tenuit duo bñficia. vide etiā ꝙ voluerūt ijdē. do. dec. ccclviij. incip. si constat đ nō iure. cum seq. dec. viđ ēt p eos dē dec. cccxxxvij. inc. si agēti posses sorio. i nouis. Fe de. cōsil. cclxxxiij. Bal. ꝯsi. ccccxcv. iiij. lib.

e ¶Spoliat⁹. adđ ꝙ voluit Alexā. ꝯsi. lxxviij. iij. lib. Zacharias. ¶Adđ plenius ꝙ per aliū hāc. q. ꝛ totam materiā spoliationis ta ctam p Old. cōsi. ccxxiiij. incip. iste sunt allegatiōes. ꝛ oīno Alex. in. l. naturalr̄. §. nihil cōe. đ acq. poss.

tali iudicio que nõ eſt veriſimilis,maxime qñ alle
gatur poſt ſpoliationẽ factam eſſe renũtiationẽ,
ſed hoc intelligitur qñ agitur iudicio petitorio ⁊
ſic plenario ⁊ grauioris pͥudicij:cum in eo agaꝛ
de ꝓprietate,iõ tunc dꝫ admitti exceptio ſponta
nee renũtiationis:lꝫ nõ videaꝛ veriſimile:vt hic
ꝓbatur.¶Et attẽde ꝙ hic dicit do.Ant.ꝙ ideo
magis preſumiꝛ contra renuntiationem quando
dicitꝛ facta poſt ſpoliationẽ ex eo ꝙ ſm eum ſpo
liatus ex quo perdidit poſſeſſionem illã videtur
facere quaſi perdiderit ſpem recuperandi benefi
cium.Sed certe iudicio meo iſta ratio non videtꝛ
multũ bona,imo videtur cõcludere oppoſitũ: ſꝫ
melior ratio videtꝛ qꝛ ex quo ſemel fuit paſſus vio
lentiam in ſpoliatione videtꝛ pͥſumatꝛ etiã violẽ
a tia lata poſtea in renuntiatione.[a] argu.regule ſe
mel malus.de regu.iu.in.vj.⁊.l.ſi cui.§.ijſdem.ff.d
accu.¶Sed aduerte qꝛ iſta ſolutio non videtur
ꝓſequi intellectum ꝙ agatur hic poſſeſſorio,ſed
potiꝰ ponere alium intellectum quo ad iſtam dc
cre.An autem procedat quo ad decr.ſolicite.ad
uerte ꝙ videtꝛ poſſe concludi vt hic tãgit.d.An.
aliquo tñ addito ꝙ ſi agaꝛ poſſeſſorio recuperã
de,⁊ opponiꝛ exceptio renuntiationis ſpõtanee
tunc ſi nihil replicatur videtur ꝙ admittaꝛ talis
exceptio p id ꝙ habetꝛ hic ⁊ in.c.accepta.j.de reſt.
ſpol.Si autem replicatur ꝙ non dꝫ audiri talis
exceptio:qꝛ ſpoliatus ante oĩa eſt reſtituendus.l.
ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iu.de vi.⁊.j.de re
ſti.ſpo.in literis.⁊.c.item cum qs.Et tunc ſi obijci
tur exceptio qꝺ renuntiauit poſt ſpoliationẽ nõ
audietur.Si autẽ ſimpliciter excipiaꝛ de ſponta
nea renuntiatione dꝫ indeqꝫ ingrere an dicaꝛ illa
facta poſt ſpoliationẽ ⁊ nõ admitteꝛ.vt.d.c.ſolici
te.Si aũt excipitur ꝙ ſpontanee renuntiauerit ⁊
replicatur ꝙ non ſpontanee facta fuit renũtiatio
tũc etiã ſi allegatur ꝙ ſpoliatus renũtiauit ⁊ nõ
ſponte:tunc in poſſeſſorio iudicio nõ admitteꝛ ex
ceptio rei ꝓpter replicationẽ predictã ſi non alle
gatur aliqua cã concludẽs veriſimiliꝛ ſpontaneã
renuntiationẽ,nã tũc propter talẽ exceptionẽ re
pelleretꝛ.facit ꝙ hic Inno.voluit ſm intellectum
quẽ tetigi ſuper gloſ.Si aũt nõ allegaretꝛ aliqua
cauſa veriſimiliter concludẽs ſpõtaneã renũtia
tionem ⁊ excludens turpitudinem metus,tũc di
cit do.Anto.ꝙ tunc videtꝛ ꝙ exceptio debeat ad
mitti ⁊ ſic vterqꝫ debeat probare:⁊ qui melius ꝓ
bauerit obtineat per iſtũ tex.Fateꝛ tñ ꝙ Inn.vi
detur hic velle qꝺ vbi agitur poſſeſſorio eoipſo
qꝺ replicatur de nõ ſpõtanea renuntiatione indi
ſtincte repellaꝛ excipiens,quia non videtur fieri
graue pͥiudicium ex quo agitur poſſeſſorio.⁊ ſic
intelligatur.c.ſolicite.ſecus ſi non replicet,qꝛ tũc
admittetur excipiens:⁊ ſic intelligatur ꝙ habeꝛ
in.c.accepta.de reſt.ſpo.⁊ etiã tex.iſte.⁊ ſic etiã vi
detur velle Inn.ꝙ quando opponiꝛ exceptio nõ
veriſimilis ſi agaꝛ iudicio poſſeſſorio,tũc ſi repli
catur cõtra illã nõ admittaꝛ ꝓpter non veriſimi
litudinẽ:ſecus ſi nõ replicetur.Itẽ ſecꝰ in iudicio
plenario vt eſt iudiciũ petitoriũ.qꝛ tũc admitteꝛ
etiã ſi replicet excipiens.vt patet ex ſupradictis.
Et per predicta etiam videꝛ ꝙ non ſit differentia
an obijciat quando agiꝛ poſſeſſorio,⁊ ſic nõ agiꝛ
de magno preiudicio ex quo exceptio non eſt ve
riſimilis ꝙ ſi repliceꝛ non debeat admitti.⁊ iſte ẽ
alius intellectus quem poſuit Inno.hic ad.c.ſoli
cite.¶Sed aduerte qꝛ tex.in.d.c.ſolicite.non di
cit ſimpliciter repellendã exceptionẽ propter re
plicationẽ ſolam de nonſpontanea renũtiatione.
Sed demũ qñ replicaꝛ ꝙ renuntiauit iam ſpolia
tus quo caſu minor,videtur eſſe preſumptio con
tra excipientẽ ꝙ non fuerit ſpontanea ⁊ ꝙ nõ fue
rit veriſimilis.⁊ iſtud etiã videꝛ tetigiſſe Inno.⁊
ſic videꝛ ꝙ debeat fieri differentia an obijciaꝛ de
renuntiatione poſt ſpoliationẽ factã.an vero de
facta ante ſpoliationem.Inno.hic in hoc articu
lo variauit.Nã in vna parte videtur tenuiſſe qꝺ
non ſit differẽtia inter predicta,ſed quid tenẽdũ
ſit patebit ex ſequẽtibus.¶Item aduerte,quia
videtur ꝙ quãdo replicatur in iudicio etiã peti
torio ⁊ ſic plenario repellatur excipiẽs per ea que dixi,poſt Inno.ſm
intellectum ipſius ſuper.j.glo.Sed potes dicere:ꝙ ſi reus vellet dire
cte probare ſpontaneam renuntiationẽ ꝙ actor de nõ ſpõtanea nõ ad
mittaꝛ etiam in iudicio petitorio per id qꝺ dixi poſt Inn.ſuper glo.j.
Sed vbi reus vellet indirecte vel per circũſtantias veriſimiles:vel ve
reſimiliter inferentes probare de ſpontanea renuntiatione,tũc in iu
dicio petitorio dꝫ audiri per iſtũ tex.⁊ per ea que tetigi poſt Inn.ſup
dicta gloſ.j.Si aũt velit ipſe reus ꝓbare de ſpontanea renuntiatione
indirecte vel per circunſtantias predictas in iudicio poſſeſſorio,tunc
51 videtur ꝙ nõ audiatur per ea que habenꝛ in.d.c.ſolicite.¶† Tamen
vt hec materia clarius pateat videꝛ poſſe concludi qñ contra agentẽ
ad beneficium opponiꝛ exceptio ſpontanee renuntiationis:qꝛ aut nõ
ſit aliqua replicatio,⁊ tunc videꝛ ꝙ admittaꝛ per iſtũ tex.⁊ per ea que
habenꝛ in.c.accepta.j.de reſt.ſpo.Aut replicaꝛ ꝙ nõ ſpontanee fuit fa
cta.⁊ tunc aut reus vult directe probare ꝙ ſponte renuntiauit ⁊ vide
tur ꝙ non audiaꝛ per iſtum tex.ſm intellectum Inno.quem dixi ſup
prima glo.Aut vult ꝓbare ꝙ ſponte fuit fatca renuntiatio indirecte
vel per circunſtantias veriſimiles:⁊ tunc ſi agaꝛ petitorio debebit ad
mitti,⁊ qui melius probabit obtinebit:vt hic eſt caſus ſm intellectum
glo.⁊ etiam voluit Inn.⁊ dixi ſuper gl.j.Aut agiꝛ iudicio poſſeſſorio:
⁊ tunc videꝛ ꝙ ſi ſimpliciter replicaꝛ de non ſpontanea renuntiatione
ꝙ non repellat excipientem,ſed vterqꝫ admittaꝛ,⁊ obtineat q melius
ꝓbat per ea que habenꝛ in tex.iſto:⁊ in prealleg.c.accepta.Si autem
replicaꝛ ꝙ non ſpontanee fuit facta:vt qꝛ non veriſimilis,qꝛ dꝛ facta
poſt ſpoliationem,⁊ tunc ſi habita ſummaria cognitione de hoc ap
pareat ꝙ poſt ſpoliationem dicatur facta,tunc expelletur excipiẽs qꝛ
non videtur eſſe veriſimilis,⁊ per conſequens non eſt admittẽda,vt in
d.c.ſolicite.⁊ ſic videtur ꝙ lꝫ etiam qñ dicitur facta ante ſpoliationem
nõ eſt veriſimilis ꝓpter rõnes hic in tex.poſitas,ꝙ multomagis ⁊ for
tius non eſt veriſimilis quãdo dicitur facta poſt ſpoliationem,⁊ ideo
tunc magis repellitur.Et quare magis preſumatur contra illam de
claraui ſuperius,videlicet qꝛ ex quo ſemel violentia eſt illata in ſpoliã
b do pͥſumitur poſtea etiam illata circa renuntiationẽ[b] per regulam ſe
mel malus.de reg.iu.in.vj.Et ideo quia maior eſt preſumptio contra
excipientem in dicto caſu,ideo potius tunc repellitur q̃ quando non
cõſtat ꝙ ſpoliatus renũtiauit ſed potius ante,⁊ ſic poteſt intelligi.c.ac
cepta.¶Et ſcðm predicta videtur ꝙ remaneat differẽtia an obijciaꝛ
de renuntiatione facta poſt ſpoliationẽ,an vero ante,lꝫ Inno.hic va
riauit de non ſpontanea,niſi velit probare indirecte vel per circunſtã
tias veriſimiles,tunc non admittiꝛ in poſſeſſorio ꝙ eſt minoris preiu
dicij q̃ quãdo opponitur de renuntiatione facta poſt ſpoliationẽ,qꝛ
contra illam iura valde preſumunt ꝙ non eſt veriſimilis.⁊ ideo voluit
ꝙ admittaꝛ,vt habeꝛ in.d.c.ſolicite.ſm vnum intellectum ſuperius ta
ctum.Alium etiã intellectũ tetigi cũ ſolutione glo.ſed precedens vide
tur magis litere cõformari.d.c.ſolicite.Et per hoc ſit expedita prima
ſolu.hic tacta in glo.⁊ primus intellectus inquantum intelligitur per
hoc ꝙ actũ fuerit poſſeſſorio.⁊ per predicta etiam habes declarata di
cta Inn.que hic poſuit.Quia tñ iſte intellectus hꝫ multas difficulta
tes,vt patet ex ſupradictis,ideo gloſſ.vt euitenꝛ difficultates predicte
dedit alium intellectum ad decr.in ver.ad hoc.vt nullum ſit cõtrariũ
ita dicas,vcꝫ ꝙ ibi loquaꝛ quando agiꝛ iudicio petitorio,⁊ quando in
teruenerit vis compulſiua,ſeu violentia que non pariat poſſeſſorium
recuperande,ſed inducit actionem perſonalem.quod me.cau.ad rem
recuperãdam per metum traditam que actio eſt pretoria,qꝛ inducta
a pretore,vt patet in.l.j.ff.quod me.cau.⁊ etiam inducit vtilem actio
nem in rem.l.metum.§.ſed ꝙ pretor.ff.quod me.cau.⁊ ideo intelligas
etiam ꝙ in iſto caſu fuit renuntiatum beneficio,⁊ traditum per violẽ
tiam compulſiuam,⁊ quod petebaꝛ actione in rem ipm beneficium di
cendo illud ad ſe ſpectare ⁊ ſibi reſtituendum,⁊ ſic in effectu agebatur
iudicio petitorio.ideo non mirum ſi admittatur excipiens de ſponta
nea renuntiatione.Et ſic repliceꝛ ꝙ tunc admittiꝛ vterqꝫ,⁊ qui meliꝰ
ꝓbauerit obtinebit,vt hic dicitur ſm intellectum quem tetigit etiam
glo.ſed in.c.ſolicite.loquiꝛ quando interuenit violentia expulſiua que
nullam habet voluntatem paſſi violentiam,ideo perdit ſolam poſſeſ
ſionem non autem dominium vel ꝓprietatem,ſecus contingit in vio
lentia compulſiua,quia in illa interuenit voluntas licet coacta:⁊ ideo
tunc perdit nedum poſſeſſionem,ſed etiam directam ꝓprietatem.l.ſi
mulier.ff.quod me.cau.vnde violentia expulſiua parit iudicium poſ
ſeſſorium recuperande quod eſt priuilegiatum vt non debeat admitti
exceptio aliqua concernens ꝓprietatem ⁊ debeat terminari ante cau
ſam poſſeſſorij.j.de reſti.ſpoliato.in literis.⁊.c.item cum quis.⁊.C.de
rei ven.l.ordinarij.Et ideo nimirum ſi in dicto.c.ſolicite.repellitur ex
ceptio renũtiationis que dicitur facta poſt ſpoliationem,quia illa vi
detur concernere proprietatem,vt patet ex his que tetigi ſuperiꝰ cir
ca alium intellectum,ideo non debet admitti,⁊ hoc in effectu voluit
gloſſ.in ſequentibus.¶Aduerte tamen inquantum glo.voluit in ca
ſu huius.c.admitti excipientem:⁊ quando replicauit de nõ ſpõtanea
renuntiatione dꝫ intelligi quãdo indirecte vel per circũſtantias ſimi
les vellet reus probare de ſpontanea renũtiatione per ea que dixi ſu
perius,⁊ que dixi etiam ſuper gloſſ.ſm intellectum Innoc.¶Et no.
bene ⁊

❧ Sebaſti.Sapia.
a ¶In renũtiatio
ne.Hoc procedit
qñ durat eadẽ cã
metus ꝓut dictũ
fuit.⁊ no.d.Ale.
in.l.ij.C.qꝺ met.
cau.⁊ do.Iaſ.in
l.ſi ob turpẽ.ff.de
cõd.ob tur.cau.

❧ Sebaſti.Sapia.
b ¶Circã renũtia
tionẽ.Facit text.
no.in.c.accedẽs.
de conuer.coniug.
⁊ qꝺ no.Bart.in
l.ſi ob turpem.ff.
de cond.ob turp.
cauſ.vbi dicit in
queſtiõe de facto
dixiſſe qꝺ ſi mari
tus verberaſſet
vxorẽ vt cõſenti
ret contractui,ſi
poſtea ex inter
uallo conſentit p̃
ſumitur ꝙ ex me
tu fecerit ꝓpter
primã violẽtiam
⁊ dicit Cy.in.l.ij.
ad fin.C.ꝙ met.
cau.ꝙ ſi officialis
ſemel intulit mi
hi metum,videꝛ
apud me durare
ille metus ita ꝙ
etiã actus q po
ſtea ſequiꝛ cenſeꝛ
meticuloſus. de
quo per Bal.i.l.
nouiſſime.ff. qꝺ
fal.tu.aut.

bene ⁊ tene menti ꝙ gl. hec iuncta cũ tex. aperte vult ꝙ ſi re-
nuntiaret beneficio per metũ ꝙ de mero iure teneat renun-
a tiatio [a] ⁊ nõ ſit ipſo iure nulla licet. d. Anto. hic voluerit cõ-
trariũ. ⁊ adde hunc Tex. cum gl. ad id quod dixi in. c. ad au-
res. ſ. qd me. cau. ⁊ cõpetit metũ paſſo actio ꝙ metus cauſa
et etiã vtilis in rem: vt hic voluit gl. et no. ꝙ ille intellectus
plane procedit intelligendo ꝙ hic actũ fuerit vtili actione
in rem ſimpliciter petẽdo eccleſiã, et ſi intelligeretur quod
actum fuiſſet actione qd met. cau. prout aliq volunt: dicerẽ
ꝙ tunc videt̃ qd nõ eſt neceſſaria replicatio de nõ ſpõtanea
renuntiatione: q2 ab ipſo principio hoc allegaſſet cuius cõ-
trariũ videtur innuere litera: ⁊ ideo melior videt̃ intellect⁹
qd actũ fuerit actione in rem ſimpliciter petẽdo eccleſiam
nõ autẽ actione qd met. cau. niſi ſoluas ſm. d. Ant. ꝙ ſi actũ
fuerit qd me. cau. replicando nõ deducebat defectũ volũta-
tis ſm tẽpus renũtiationis: q2 illud ante deduxerat, ſed ſm
tempus traditionis. Sed vt dixi planior eſt intellectus ꝙ
actũ fuerit actiõe in rẽ petẽdo ſimpliciter beneficiũ: vt dicit
glo. ¶ In gl. in ver. metu. in fi. ſed dic ꝙ hic habuit forte re-
ſpectũ ad verba antiq edicti p̃toris vbi dicebat̃ qd vi metus
ve cauſa geſtũ erit ratũ non habebo: ſed de nouo edicto ſim
pliciter dicitur qd me. cau. geſtum erit ⁊ nõ fit mẽtio de vi.
52 ¶ † In gl. in ver. pecunia ibi dari nõ debet. no. diligẽter gl.
q̃ facit ꝯ opponẽtes ſuper bñficio eccleſiaſtico ⁊ dantes ali-
quid pro expẽſis factis in acq̃ſitione tituli illi q dicit̃ ius ha
b bere vt recedat a lite [b]. nã iſtud nõ videt̃ eſſe licitũ vt voluit
hic gl. et facit etiã qd habetur in. c. cũ pridẽ. hic alle. ſi tamen
ille cui lis mouet̃ foueret iuſtitiã: tũc bene poſſet aliqd dare
c ad redimendũ vexationẽ [c] ne inquietaret̃: vt in. c. dilectus.
ſ. de ſimo. ¶ In eadẽ glo. ibi: ſed hoc eſt falſum. aduerte qd
ſi reus excipiens alleget interuentũ pecunie ⁊ dicat renun-
tiationẽ factã per pecuniã repellit̃ tanq̃ allegãs ſuã turpitu
dinẽ. ſi dicatur pecuniã datã ab eo vel per aliũ ſua volunta-
te ⁊ ipſo forte ignorante: q2 tũc bene audiret̃ ſicut replicans
cõtra renuntiationẽ ſi allegaret interuẽtũ pecunie nõ audi
retur. Similiter ſi p eũ vel aliũ de eius voluntate fuiſſet da-
ta vel recepta. Si aũt aliter vellet ſe fundare in iudicio poſ-
ſeſſorio vel petitorio ipſe excipiẽs q2 nõ fundaret ſe ſup vo-
luntaria renuntiatione ſed ex eo q2 allegaret ipſum agẽtẽ
eſſe priuãdũ poſt ſimoniã: tunc ex quo etiã priuat̃ ipſo iure
ad petitionẽ rei nõ impediret̃ reſtitutio: ⁊ ſic nõ audiet̃ ta-
lis exceptio. lꝫ iudex ex officio ſi vellet poſſet ipſum priua-
re ⁊ conſequẽter nõ reſtituere. per id qd leg. ⁊ no. ſ. de ꝓcur.
53 ex inſinuatione. ¶ † In gl. in ver. nec ꝓmiſſiõe. in fi. Aduer-
te q2 in. c. ſane. loquit̃ de ꝓmiſſione facta de benigne tractã-
do renũtiantẽ: nõ aũt loquit̃ qñ ꝓpter promiſſionẽ pecunia
rũ fit renũtiatio: quo caſu cẽſeret̃ eſſe ſimoniaca ſicut qñ re-
ciperet̃ pecunia cũ paria videant̃ eſſe dare pecuniã vel ꝓmit
tere vt fiat renuntiatio. l. j. et. ij. ff. de cal. ¶ In glo. fi. aduer-
te q2 hec glo. ponit duplicẽ intellectũ: vnus ꝙ hic loquit̃ de
dignitate teſtiũ producẽdorũ. alius ꝙ loquat̃ de dignitate
perſone renuntiantis: ⁊ iſte ſecũdus ponit̃. ſ. in gl. in ver. aliĩ
intelligũt, ⁊ vterq; intellectus eſt in ſe bonus. ¶ In ea glo.
ibi: intelleximus. dic ꝙ ſi exceptio ſpontanee renuntiationis
opponit̃ ad ꝓceſſum qd fieri põt ſaltẽ ex quo eſt cũ iuramẽ-
to: q2 cẽſet̃ eſſe exceptio litis finite. facit qd habet̃ in. c. j. de
lit. cõteſt. in vj. ⁊ qd ibi dicet̃: ⁊ tũc debet ſup illã pronuntiari
tanq̃ ſup emergẽte cũ reſpiciat proceſſum. Sed ſi opponat̃
ad merita cauſe qd etiã fieri põt ſecũdũ no. in. d. c. j. ⁊ p Bar.
in. l. j. C. de ordi. iudi. tũc ſufficit pronũtiari ſup principali: ſi-
cut ⁊ qñ alia exceptio incidẽs ꝓponit̃ reſpiciẽs merita cau-
ſe. nã tacite videt̃ ſuper incidenti pronũtiari pronuntiando
ſuper principali. vt habet̃ in. c. intelleximus. hic alle. ¶ In
54 ea. gl. ibi: cũ negotiũ per iuramentũ ſit finitum. † No. ex gl.
ibi: ꝙ exceptio iuriſiurandi eſt exceptio lit. finite nõ ſolũ qñ
d iuramẽtũ eſt iudiciale ⁊ preſtitũ in forma iudicij: [d] ſed etiam
qñ eſt extraiudiciale ⁊ preſtitũ corã ſuperiore non in forma
iudicij. qd eſt no. ſm. d. Ant. p ampliatione. c. j. de lit. conte-
ſta. in. vj. ¶ In ead. gl. ibi in cõcilio Lugdunẽ. olim erat ex
trauagans inter cõſtitutiones Inn. iiij. ſed hodie eſt. c. j. de
lit. cõteſt. in. vj. ¶ In ea. gl. ibi cõfitebat̃, idem videt̃ ſi dice-
bat ſe negare. nam ſatis tunc videtur tacite confiteri per id
quod habetur in. l. ſi duo. §. marcellus. ff. de iureiurã. et facit
55 quod no. in. c. ſi dudum. el. ij. s. de elec. ¶ † Extra gl. vnũ du-
bium tangitur. videlicet an quando agitur p ſpoliatũ nõ cõ
tra ſpoliatorẽ ſed contra tertiũ ad quẽ res violenter ablata
peruenit cõditione ex decre. ſepe. de reſti. ſpolia. ſeu ex cano
ne reintegranda. iij. q. j. an hoc caſu iſtud poſſeſſoriũ iudi-
e cium ſit priuilegiatũ [e] vt nõ admittatur exceptio ſpontanee
renuntiationis ſicut nõ admittit̃ quando agitur interdicto
vnde vi contra ſpoliatorem. hic videtur eſſe caſus ꝙ nõ ſm
vnũ intellectũ ingẽtũ aliqui intelligũt hãc decr. in hoc caſu.
ſ. qñ intẽtat̃ cõdictio ex dicta decre. ſepe. vel ex canone rein-
tegranda. Sed cõtrariũ tenuit Inn. in. c. ij. in ver. exceptio-
nis. ſ. de ordi. cog. ⁊ illud cõiter tenet̃ ⁊ ſic videt̃ ꝙ iſte intel-
lectus nõ ꝓcedat in hac decre. niſi ſaluaretur eo modo quo
ſaluaui primũ intellectũ poſitũ in glo. in ver. reſignationis.
Et per hec expedita eſt decretalis iſta. Nicolaus Abbas.

¶ Incipit lectura excellẽtiſſimi vtriuſq; iuris interpretis
d. An. de But. a ti. de trãſla. pla. vſq; ad titulũ de offi. deleg.
ſuper quib⁹ titulis. d. Abb. demptis p̃dictis hui⁹ ſcõe par-
tis non ſcripſit: vel ſi ſcripſit reperire nemo potuit.

¶ De tranſlatione prelatorum. Rubrica.

¶ Viſo de quibuſdã modis qb⁹ ꝓuidendũ eſt eccleſijs vi-
dendũ eſt de tranſlatione p quã etiã eis ꝓuidet̃ interdũ vel
aliter. ſupra dictũ eſt de poſtulatione: ſed q2 poſtulatur aliis
eccleſijs alleg. s. de poſ. prelato. bone. ⁊. c. vlti. quos oportet
transferri. ideo ⁊c. de materia. vij. q. j. p totũ. xxj. q. ij. per to-
tum. et coaptatur rubrice. de offic. leg. niſi. ⁊. c. ſeq.
1 Expreſſio nominis nõ facit diſpoſitionem perſonalem
in materia dignitatem concernente.
Priuilegium conceſſum prelato acquiritur dignitati.
2 Cauſe maiores que dicantur ad hoc vt earũ cognitio ſpe-
ctet ad ſedem apoſtolicam.
3 Statuta laicorũ contra leges imperatoris valent ſed ſtatu-
ta clericorum contra canones non valent.
4 Epiſcopus a propria ſede expulſus ſi fuit ad aliã electus nõ
poteſt ad illam propria authoritate tranſire.
5 Archiepiſcopus ſiue epiſcop⁹ ante cõſecrationẽ põt exer-
cere ea que ſunt iuriſdictionis: ſed non ea que ſunt ordinis:
et ponitur quam iuriſdictionem habet.
Capitulũ ſede vacãte, hꝫ ea q̃ ſunt iuriſdictiõis: non tñ oĩa.
6 Epiſcopus electus licet nõ poſſit conſecrare poteſt tamen
alteri epiſcopo hoc demandare.
Qui nõ põt p ſe non põt per aliũ qũo intelligat̃ iſta regula.
7 Archiepiſopus an poſſit ad epiſcopatũ transferri: ⁊ ſic de-
ſcendere ad minorem dignitatem: et idem in epiſcopo.

Cum ex illo. Patriarcha q cõfirmatũ in archi-
epiſcopũ trãſfert ad ſedẽ epiſcopalẽ: ab epi-
ſcoporũ cõfirmatione ſuſpẽditur. h. d. Sunt
quatuor partes. Prima probat trãſlationẽ
epiſcoporũ ſoli pape cõpetere. Secũda nar-
rat reprehẽſibile factũ Patriarche. ibi: miramur. tertia ibi
licet, reſpõdet tacite queſtioni, quarta ibi. ne igitur, penam
imponit. ¶ Caſus literalis. quidã electus ad eccleſiã apa-
menſem dũ eſſet ad illã eccleſiã cõfirmatus q̃ archiepiſcopa
lis erat quendã ſuum ſuffraganeũ electũ cõfirmauit: tandẽ
vacãte eccl̃ia tripolitana q̃ erat eccleſia ſuffraganea ⁊ ep̃a-
lis ſedes: dictus apamenſis fuit elect⁹ ad dictã eccleſiã tri-
politanã: patriarcha aũt antiochen⁹ dedit licẽtiã trãſeundi
pretẽdẽs ꝙ hic ex quo nõdũ erat cõſecrat⁹, ſed cõfirmatus
tãtũ ad primã ſedẽ potuit trãſire abſq; licẽtia pape. hoc re-
latũ fuit pape. papa attẽdẽs ꝙ hec poteſtas ad eũ tãtũ ſpe-
ctaret: primo vt oſtẽdat defectũ eius qui licentiã dedit, ꝓ-
bat ꝙ ad eũ ſpectat poteſtas trãſferendi ep̃m de loco ad lo-
cũ. primo q2 ipſi⁹ poteſtas ex deo fuit. ſecũdo ꝙ ab eius po-
teſtate deſcenderũt canonica inſtituta. tertio hec canonica
inſtituta decernunt maiores cauſas ad papam ſpectari. ex
hoc cõcludit temerariũ aliquẽ ſe de hoc intromittẽtẽ infe-
riorẽ papa abſq; pape conſenſu. ad ſpeciẽ deſcendẽs cõclu-
dit ꝙ non modicũ miratur ꝙ dictus patriarcha dictũ archi-
epiſcopũ Apameñ. ⁊ electũ trãſferre voluerit oſtẽdẽs etiã
data poteſtate ex modo trãſferendi tranſlationẽ illicitã: q2
de paruo fecit maiorẽ ⁊ maiorẽ minorauit ⁊ epiſcopauit ar-
chiepiſcopũ: imo poti⁹ de archiepiſcopauit. Nõ obſtat ex-
cuſatio ꝓpter quã potuit forte moueri dict⁹ patriarcha ꝙ
dict⁹ archiep̃s nondũ eſſet cõſecrat⁹, q2 ſufficit vt trãſferri
nõ poſſit ꝙ ſit cõfirmat⁹ qd patet ex eo ꝙ epiſcopalia quã-
tum in eo fuerit exercuerat: eo ꝙ vt ex eius cõfeſſione cõſta
bat ep̃m valiẽſem ꝯfirmauerat. ideo papa ne alijs audacia
ſimilia pertractandi daretur predictũ patriarcham ab epi
ſcoporũ confirmatione ſuſpendit. Nota primo ꝙ papa re-
cipit poteſtatem immediate ex deo. ad hoc de iudi. nouit. q
1 filij ſint legitimi. cauſam. ¶ † No. ſcdo ꝙ in materia dignita
tem concernente expreſſio proprij nominis non reſtringit
diſpoſitionem ad papã: ſed realis cenſetur et ſic potentius

a ¶ Teneat renũtiatio. Adde qd idẽ tenent do. de Rot. dec. ccclxx. in. iiij. not. niſi ſit facta p metũ laicorũ. ⁊ Cal. cõſil. j. de renũ. ⁊ cõſi. j. quod me. cau.

Zacharias.
¶ Adde ꝙ renuntians beneficio eccleſiaſtico per metũ etiã cũ iuramẽto nõ indiget noua collatione ſed impetrata abſolutiõe a iuramento petit reſtitui i integrum. Iſtud no. ſing. iſte in. c. ſiue ro. in princip. de iureiu.

b ¶ Recedat a li. Adde qd voluit cal. ꝯſi. j. de ſimo.

c ¶ Vexationem. Adde qd voluit Old. ꝯſi. ccclxxx.

Seſtab. Sapia.
d ¶ Forma iudicij. Vide no. in. l. j. ff. de iureiur. et declara vt nõ ſit exceptio litis finite: q̃tũ ad inſtãtiã ſed quo ad probationes no. Bar. in. l. nã poſt ea. §. ſed ſi dãnẽtur. in fi. ff. de iureiur. vide etiam qd no. Bar. in. l. ille a quo. §. ſi de teſta. ff. ad treb.

Zacharias.
e ¶ Sit priuilegiatũ. Vide de hoc p Paul. de caſt. cõſi. lxij. inci. in cã q̃ vertitur. Joã. and. in. c. ex trãſmiſſa. de reſti. ſpol. Spec. in ti. de pet. ⁊ poſ. §. ſi. ⁊ ibi caſus qb⁹ ſit ſpoliat⁹ reſtituendus ⁊ caſus qb⁹ nõ. quos ponit ad nu. xxviij.

operatur.per hoc no.hic doc.ꝙ cōceſſa ꝓlato acquirunt di-
gnitati:⁊ pꝛiuilegiū illi conceſſum eccleſie cenſet conceſſum.
operatur etiam natura ſubiecte materie plus ꝙ̄ operet no
minis exꝓſſio ad regulādū diſpoſitionē.¶ No.iij.ꝙ poten-
tiā ſtatuendi papa īmediate recipit a deo ſicut ⁊ poteſtatem
2 iuriſdictionalē.¶†No.iiij.regulariter maioꝛes cauſas trāſ
ferendas per eccleſiā ⁊ papā tractandas.ad hoc de elec.ꝙ̄-
uis.lib.vj.⁊ de appel.vt debitus.ad fi.Et no.que dicant ma-
a ioꝛes cauſe [a] q2 ille q̄ ſunt apoſtolice ſedi reſeruate et he di-
cuntur meri imperij:vt not.gl.de offi.leg.quod tranſlatio-
nem.dixi.de offi.oꝛdi.quod ſedē.Et no.hic aliquas enume-
tas inter maioꝛes cauſas.ſ.ſediū mutationes ⁊ Epoꝛū trāſ-
lationes.¶ Venio ad ver.miramur.hic no.quod elect⁹ di-
cit eps vel archieps confirmatus anteꝙ̄ ſit conſecrat⁹.ſup
hoc vide gl.de relig.do.c.j.appellatur tamen interim archi
eps.ſed dic q2 archieps eſt futurus videlicet animi deſtina-
tione ſm Inn.¶ Not.ij.ꝙ indecēs eſt trāſit⁹ a iure exoꝛbi-
tās de maioꝛi ad minoꝛē dignitatem et ſic etiā de minoꝛi ad
maioꝛē abſqꝫ debita foꝛma q2 notiſſima eſt cauſa.ſ.ambitio-
nis.j.de cleri.nō reſi.c.ij.¶ No.iiij.ꝙ ꝑ actū cōfirmationis
recipit electus poteſtatē epiſcopalia miniſtrādi.Quid con-
ferat confirmatio:habes.ſ.de elec.trāſmiſſam.Et no.quod
transfert poteſtas confirmādi:⁊ ſic videtur ꝙ poteſtas con
firmādi ſit iuriſdictiōis.¶ Ex vltima parte no.duo pꝛimū
ꝙ pena imponitur ad exemplū ⁊ terroꝛē alioꝝ.ſm penam
tranſferentis ⁊ confirmantis epm qui legitime tranſiuit:q2
ſuſpēditur a poteſtate confirmandi.¶ Habemus hic qnqꝫ
par.pꝛohibitionē:eius admirationē:dei factū:factum pa-
triarche:⁊ penā appoſitā.¶ Oppo.circa pꝛimū ꝙ ex vete-
ris ⁊ noui teſtamēti autoꝛitatibus ꝓceſſit ius canonicū non
ex pꝛiuilegio illo:paſce oues meas:vel quodcunqꝫ ligaue-
ris ⁊c.j.de accuſa.qualiter.el.ij.⁊.c.cū opoꝛteat.poteſtas edē
di canones ꝓceſſit a deo vt in ꝯrio.materia aūt canonū pꝛe-
ceſſit ex pꝛiuilegio vt hic.¶ Scdo vr̄ ꝙ hec poteſtas.ſ.ꝙ au
toꝛitate ꝓallegata ꝓceſſit et imperiū a populo.l.ij.ff.de oꝛi.
iur.inſti.de iur.natu.§.ſed ⁊ qd pꝛincipi.Sol.dicit gl.ex deo
poteſtas pape fuit vt hic:poteſtatē aūt imperij habuit ipſe
a populo.Hoſtiē.dicit ꝙ oīs poteſtas fuit ex deo vt pꝫ ad
Ro.xiij.ex quo large poteſtas pꝛincipis a deo eſt.Nos cōi-
ter tenem⁹ ꝙ habitū poteſtatis vtriuſqꝫ hꝫ papa ⁊ hoc ha-
buit a deo.Exercitiū aūt poteſtatis olim habuit a populo
3 Romano:hodie hꝫ a papa.¶†Et propterea aſſigno cām
quare valet ſtatutū ꝯ legē imperij a laicis:q2 in trāſlatione
b poteſtatis in pꝛincipē popul⁹ ſibi retinuit poteſtatē [b] legis
particularis condende:vt.l.oēs populi.ff.de iuſtit.⁊ iur.ſed
eccleſiaſtici inferioꝛes recognoſcūt poteſtatē ſtatuēdi a pa-
pa:q2 papa ab eis nō recipit:ſed a deo:ideo cōtra ipſum nō
faciunt legē vel ſtatutū.j.de ma.⁊ obe.qd ſup his.de quo de
offi.archipꝛeſ.c.fin.¶ Tertio q̄rit glo.de ſpectantibus ad
papā et ponit verſiculos.vide iſtā gl.in.c.qd trāſlationem.
4 de offi.leg.de exceſ.ꝓla.ſicut vnire.xij.diſt.c.ij.¶† Quarto
q̄ro an eps a ꝓpꝛia ſede expulſus poſſit cedere ⁊ trāſire ad
aliā ſi eligat ꝓpꝛia autoꝛitate.dic ꝙ nō.alleg.j.ti.ij.niſi cum
5 pꝛidē ad hoc.vij.q.j.paſtoꝛalis.¶ †Venio ad ſecūdā partē
oppo.pꝛimo ꝙ nō potuerit hic archieps cōfirmare eo con-
firmato q2 nondū receperat pallium.nō habebat ergo que
ſunt pontificalis officij:et ſic nō poterat cōfirmare:ſed q̄ iu-
riſdictiōis exercere.ſ.de elec.qd ſicut.j.de aut.⁊ vſu pal.niſi.
Sol.gl.j.ꝙ archieps elect⁹ poſſit cōfirmare.facit decre.ſuf-
fraganeis.ſ.de elect.vbi archieps nō cōſecrat⁹ dat licētiam
alijs cōfirmādi.In ꝯriū ſunt iura allegata.ſ.Sunt opi.qdā
tenēt ꝙ nō poſſit archieps cōfirmare.ad hanc decre.rn̄dent
ꝙ de facto fecit.⁊ tales tenēt ꝙ hoc caſu papa habebit face-
re.c.di.qm̄.j.de cōceſ.ꝓbē.q2 diuerſitatē.Ad decre.ſuffraga-
neis.reſpōdēt vcꝫ ꝙ nō tenet illa opi.vel dicūt ꝙ ſi nō eſt in
moꝛa pōt:ſi eſt in moꝛa nō pōt.alij ꝙ hoc faciēt cōpꝛouincia
les epi.lxiiij.di.q2 ꝑ ambitiones cū ſi.glo.eligit ꝙ poſſit ar-
chieps confirmare.vñ ad ꝯria rn̄det qd quedā ſunt que ſunt
epalis poteſtatis oꝛdinē reſpiciētia:⁊ talia nō pōt archieps
ante palliū vt in ꝯrio.Quedā ſunt iuriſdictionis ⁊ talia pōt
ex ſola cōfirmatione vt hic ꝓbat.q2 cap.vacāte ſede.pōt hoc
cōfirmare qd eſt iuriſdictionis.foꝛtius ergo dꝫ poſſe archi-
eps confirmatus.ſcdo q2 ex confirmatione conſequit pote-
ſtatē cōferēdi bn̄ficia.ſ.de ele.noſti.igitur eadē rōne pōt cō
firmare.Hec glo.attingit plura:qn̄qꝫ dubitat an archieps
cōfirmatus non conſecratus poſſit ſe confirmare.⁊ breuiter
c tenendū eſt ꝙ ſic:q2 pōt iuriſdictionalia exercere [c]:qn̄qꝫ eſt
dubiū an poſſit cōſecrare.⁊ tene ꝙ nō pōt ante palliū:vt in
c.qd ſicut.qn̄qꝫ dubitat an poſſit iuriſdictionē exercere:⁊ dic
ꝙ ſic regulariter niſi cā ſit de arduis:q2 illa reſeruaret poſt

conſecrationē ⁊ pallij traditionē.ſ.de elec.trāſmiſſam.ad fi.
⁊ de ele.quod ſicut.dicunt doc.⁊ fuit dictum Hoſt.ꝙ confir-
matus de cauſa criminali cognoſcere non pōt:niſi cū venit
incidēter:vt qn̄ pꝛeſentat canonicus vel pꝛeficiēdus eccleſie
et obijcitur ei crimen.arg.xxiij.diſt.illud.nec obſt.l.diſt.ſtu-
6 deant.q2 ibi cognoſcit de mādato pape.¶ † Qn̄qꝫ dubitat
an poſſit mandare conſecrari.et de hoc eſt dubiū ꝙ poſſit:
videt tex.ſ.de elec.ſuffraganeis.qd nō poſſit.facit ratio.q2
nemo dat qd nō habet.j.q.vij.daibertum.c.qd aūt.j.de iure
pat.veritas eſt ꝙ pōt.Ad ꝯtrariū dic ꝙ qs nō pōt facere ꝑ
ſe nō pōt alteri dare:quaſi dare ſit in alterū poteſtatē impꝛi
mere ⁊ ſic alteri nō habēti poteſtatē cōmittere nō poteſt:q2
nō pōt dare qd nō habet.ſed qd nō habet in ſe pōt per aliū
operari habentē:qn̄ cōmittēs nō agit dare poteſtatem nec
exercere valēs cauſat poteſtatē vt a dāte:ſed a ſe habet ha-
bitū:licet aperturā exercitij nō habeat ⁊ expectet a cōmittē
te:qn̄ em̄ eſt dare exercitiū pēdet ex poteſtate dātis ſicut eſt
dare licētiā qd iuriſdictiōis eſt:vt.d.c.ſuffraganeis.ſic vide
mus ꝙ eps cōfirmat⁹ tantū nō pōt oꝛdinare ergo nō poteſt
cōmittere,nō eſt bona illatio q2 inſtātiā habes in abbatib⁹
7 exēptis ⁊ ſufficit dare inſtantiā.j.q.j.ſicut vrgeri.¶ † Que-
ro archieps ex cā ceſſit an poterit ſibi de epatu vacāte pꝛo-
uideri,qdā dicūt ꝙ non:q2 nō lꝫ deſcēdere.xciij.diſt.legim⁹.
in fi.ad hoc hic.Itē q2 poſſet dari via ambitiōi vt habēs te-
nues reditus in archiepatu hoc faceret vt haberet epatum
pinguē.Cōcludit ꝙ poterit ꝓmoueri.nec ob.ꝙ dicat deſcē
dere.q2 hoc falſum attēto tēpoꝛe quo ꝓmouetur ſecūdū qd
tps nullū hꝫ epiſcopatū.de oꝛ.ab epiſcopo.c.j.Itē q2 in ꝓui
ſione talis nō attendit deſcenſus ſed ꝓuiſio.vnde ꝓuidetur
ei de eccleſia parochiali.j.ti.ij.ad ſupplicationē.de quo dic
vt ibi.foꝛtius ergo de epatu.vij.q.j.paſtoꝛalis.nō ob.ꝙ hoc
poſſet in fraudē fieri:q2 papa ad quē ſolū ſpectat ꝓuidebit
tn̄ qui allegat fraudē ꝓbat.¶ Venio ad vlti.partē ⁊ quero
quis cōfirmabit illo caſu ſuſpenſo illo a poteſtate cōfirmā-
di:dic ſm Vincen.⁊ Egi.ꝙ cōfirmabit papa non capitulū.
de cōceſ.pꝛebē.q2 diuerſitatē:⁊ qd ꝓ expenſis agere poſſint
contra iſtū cuius culpa faciūt expēſas ſi habet ꝓpꝛiū:alias
non.j.de iura.calum.in pertractandis.xvj.q.vj.illud.c.diſt.
quoniam quidam.

1 ☞ Epiſcopus electus ⁊ confirmatus poteſt per ſolū pa-
pam transferri.15.
2 Papa an poſſit matrimonium iam contractum diſſoluere
colligitur tacite.hic.6.12.14.
3 Oꝛdines ſacri poſſunt per ſolum epiſcopum conferri:non
tamen tolli.4.
4 Cui⁹ eſt ligare illi⁹ eſt ſoluere,nō ſemꝑ iſta regula eſt vera.
5 Argumentum a minoꝛi validum eſt in iure.
6 Epiſcop⁹ vel archieps nō pōt deponi ab inferioꝛe a papa.
7 Geſta per vicariū cēſentur geſta per illū cui⁹ vicem gerit.
8 Oꝛdines ſacri cōferunt per ſolū epiſcopū:intellige remotis
alijs epiſcopis:non tamen remoto conſenſu ſui capituli.
9 Epiſcopus ſolus pōt ſuſpēdere ⁊ ſuſpenſum reſtituere:non
autem deponere vel contra depoſitionem diſpenſare.
10 Archiepiſcop⁹ debet cōſecrare adiunctis ſibi duob⁹ epis.
11 Epiſcopus pōt puniri ab archiepiſcopo:nō tamen deponi.
13 Spiritualia facilius contrahuntur ꝙ̄ diſſoluātur.iſta regu
la de qua in iſto tex.an ſit ſemper vera.
16 Eps pōt eſſe qs nullatenēſis.j.ſine aliqua adminiſtratione.
17 Dictio imo ſtat coꝛrectiue aut declaratiue.
18 Argumentū de ſimilibus ad ſimilia valet quando eſt omni
moda ſimilitudo alias non.
19 Cōis vſus loquēdi habet locū in omnib⁹ diſpoſitionibus.
Pꝛouerbia poſſunt allegari in cauſis.
20 Pꝛohibita cenſentur omnia illa que non reperiuntur con-
ceſſa in regula pꝛohibitoꝛia.21.et contra.
22 Pape non licet dicere:cur ita facis?

1 **INter coꝛpoꝛalia.** ¶ †Electos i epiſcopos ⁊ cōfirmatos trāſferre pōt ſol⁹ papa.h.d.
Diuidebat Pet.hāc decre.in ſeptē ꝑtes.tu diui
de in duas.In pꝛima exoꝛdiū.In ſecūda facti narratio.ibi.
ſane.⁊.j.et pꝛima ſubdiuidit in tres.Pꝛima ꝓbat coniugiū
ſpirituale diſſolui nō poſſe niſi ꝑ papā.ſecunda ibi:ſicut aūt
pꝛobat vinculū ſpiritualis cōiugij eſſe inter electum et con-
firmatū licet cōſecratus nō ſit ⁊ eius eccleſiam.tertia ibi ſed
neqꝫ.ſoluit cuiuſdā canonis ꝯtrarietatē.¶ Caſus literalis,
Vacante eccleſia andegauē.ad eā fuit poſtulatus quidam
eps abꝛiceñ.ſeu electus qui erat cōfirmat⁹ ſed nondū cōſe-
cratus.archieps turoñ.trāſtulit dictum abꝛiceñ.electū ad
eccleſiā andegaueñ.⁊ eū ꝯfirmauit ⁊ cōſecrauit ſm foꝛmam
conſecrand

Zacharias.
a ¶ Que dicātur maioꝛes cauſe.vide Io.an.in.c.querelā.ſ.de ele.glo.⁊ eundē in.c.fi.d iudi.li.vj.gl.Ang.⁊ doct.in.l.ſꝫ et ſi ſuſceperit.§.j.ff.e.Bar.in.l.admonendi.col.pe.ver.ſꝫ eſt aduertendum.⁊ ibi doc.ff.de iureiu.Albe.de roſ.in.l.in bonefidei.col.fi.C.eo.tit.et iſtū in.c.⁊ ſi qōnes.j.de ſimo.

Sebaſt.Sapia.
b ¶ Poteſtatem.Videt tn̄ qd popul⁹ tranſtulerit oēm ptātem quā habebat ꝑ tex.in l.j.ff.de ꝯſti.pꝛincip.no.Barto.⁊ Bal.in.l.fi.C.de legi.ꝯrium tn̄ tꝫ Bar.in.l.nō ambigit.ff.de legi.

Zacharias.
c ¶ Exercere.c.is cui.⁊ ibi Archi.Pe.de anch.do.⁊ Phili.Frā.de ele.lib.vj.ancha.in cle.archiepo.de pꝛiui.iſte in.c.j.vt lite pendē.et in.c.accedētib⁹.de pꝛiui.Barto.Bal.⁊ Ang.in.l.eo tpe.ff.de teſt.mil.Old.conſil.cxcj.⁊ Ro.conſi.cccxxxv.colū.v.ver.quo ad vltimum.

conſecrandi prius data licẽtia trãſeũdi eo abſoluto a priori
eccleſia ꝑ quendã archiepiſcopũ rhotomagẽ.qui habebat
eccleſiam abriceñ.ſubiectã:tãdẽ hoc deuenit ad aures pape
propter quẽ mãdabat archiepiſcopo bituricẽ.vt dictos ar-
chiepiſcopos a cõſecratiõe ⁊ cõfirmatiõe epiſcoporũ ſuſpẽ-
deret ⁊ epiſcopũ ab executiõe põtificalis officij,ꝓpter q̃ di-
cti archiep̃i ⁊ ep̃i intimauerũt apoſtolice ſedi qualiter circa
hoc ex ignorãtia peccauerũt et quilibet ipſorũ miſericordiã
ſupplicauit excuſantes ſe forte propter canonẽ qui dicebat
ꝙ ſi epiſcopꝰ intra ſex mẽſes dimitteret eccleſiã viduatã ⁊c.
metropolitani poſſet cedere iudicio ex quo nõ accepit mu-
nus cõſecrationis:per que apparebit ipſum non ligatum ⁊
vltra hoc apparebit inferioris licentia ipſum poſſe cedere.
Papa hãc decre.ſcribẽs andegauẽ.oſtẽdit.Primo quali-
ter ad ipſum ſolũ ſpectat poteſtas ep̃os trãſferẽdi ⁊ abſoluẽ
di.⁊ viã ſpiritualia deſtruẽdi:aut diſſoluẽdi:aut dandi licen
tiã edendi.Scd̃o oſtendit hoc declarãdo pertinere nõ ſolũ
ad cõſecratos: ſed etiã ad cõfirmatos tantũ.Tertio oſten-
dit canonẽ quendã non obuiare predictis.Quarto appli-
cando ad hoc factũ cõcludit delictũ archiep̃orũ tã cõfirmã-
tis ⁊ trãſferẽtis q̄ etiã a vinculo prioris abſoluẽtis ⁊ ipſius
trãſlati fuiſſe dignũ pena quã mãdauerat imponi.Quinto
papa inclinatꝰ ad miſericordiã circa archiepiſcopos ꝓpter
confeſſionẽ erroris ⁊ ſupplicationẽ ſpõtaneã dedit veniam
et remiſit penã.Sexto quo ad ep̃m q̃ trãſiuerat a pena ab-
ſoluit ſuſpẽſionis:⁊ cõceſſit eidẽ facultatẽ in eccleſia ad quã
2 trãſiuerat adminiſtrãdi.¶†In prima parte ꝓcedit ſic ⁊ vt
dixi oſtẽdens ꝙ ad eũ ſpectat poteſtas ep̃os trãſferẽdi et a
priori eccleſia abſoluẽdi,⁊ proponit ꝙ iſta ſpiritualia diffici
lius diſſoluunt̃ q̄ carnalia:ſed deus ſolus diſſoluit vinculũ
matrimonij corporalis et carnalis.ergo papa ſolꝰ eſt ille q̃
diſſoluere põt vinculũ ſpirituale.primũ ponit ꝓ noto:qꝛ no
ta eſt differẽtia ꝙ ſpũalia facilꝰ cõſtruunt̃ ⁊ difficilꝰ diſſol-
uunt̃.⁊ carnalia ⁊ corporalia facilius deſtruunt̃ ⁊ difficilius
cõſtruunt̃.minorẽ probat ab autoritate illa: quos deus cõ-
iunxit ⁊c.cõſequẽtiã aũt ꝓbat ꝙ ſolꝰ papa hoc poſſit:qꝛ lo-
co dei papa eſt in terra ⁊ vicariꝰ Jeſu chriſti.⁊ ſic ſequit̃ cõ-
cluſio ꝑ q̃ ſcd̃o infert ꝙ hec ptãs ad ſolũ papã ſpectat nõ ſo-
lum diſpoſitiõe cõſtitutiõis canonice,ſed etiã ex inſtitutiõe
diuina. ¶ Circa ſcd̃m ꝓcedit ſic: qꝛ dictũ eſt de reſeruatio-
ne poteſtatis trãſferẽdi ⁊ a priori vinculo abſoluendi:nec id
cõcludit ꝑtinere ad electũ cõfirmatũ ex cauſe finalis idẽti-
tate etiã inſpecta cã impedimẽti abſoluẽdi vel trãſferẽdi pe
nes vinculi mr̃imonialis ſubſtãtiã:ſꝫ hoc vinculũ dat̃ in ele
cto cõfirmato:ergo idẽ eſt in cõfirmato qd̃ in conſecrato:ꝙ
ſubſtãtia vinculi ſit illa.hãc reſeruationẽ idncẽs papa illud
p̄ſupponit ꝓ noto.ꝙ aũt det̃ vinculũ in cõfirmato tñ ꝓbat
papa:qꝛ ꝯiugiũ ſpirituale ad inſtar carnalis ꝑficit̃ in ſolo cõ
ſenſu ⁊ ꝯſecratio nihil addit:nec penes ipſam colligit̃ vincu
lũ.ꝙ ꝯſecratio nihil addat ⁊ nõ ſit de ſubſtãtia,pꝫ: qꝛ illud
eſt de ſubſtãtia alicuiꝰ quo poſito id ponitur ⁊ quo remoto
id remouet̃:ſꝫ eſt poſſibile quẽ eſſe ꝯfirmatũ ⁊ tñ nõ eſſe mr̃i-
monialiter allegatũ:ergo ⁊c.vt in ep̃o q̃ renũtiauit oneri ſꝫ
nõ honori.Ex his ꝯcludit a ſimilitudine rõnis ⁊ cauſe ſpeci
fice ꝑticipio lꝫ hoc nõ ſit cautũ ꝙ eſt ſtatutũ de ptãte trãſfe-
rẽdi ⁊ dãdi licẽtiã cedẽdi in ep̃o extẽdi ad electũ cõfirmatũ:
qꝛ eadẽ cã eſt in ſpẽ vel ſaltẽ in gñe rõne ſimilitudinis.ergo
⁊c.¶ Circa tertiũ tollit canonẽ obuiantẽ p̄dictis circa duo
dicẽtẽ ꝙ ſi electꝰ diſtulerit vltra tres menſes cõſecrari:⁊ ſic
eccleſiã retinuerit viduatã nõ poterit ibi vel alibi conſecra-
tionẽ accipere ⁊ metropolitani cedat iudicio.Põdera cir-
ca duo.tex.primo in eo qd̃ dt ep̃m ꝯfirmatũ dimittere eccle
ſiam viduatã ,cõſecrationẽ nõ recipiendo:ex quo euidẽter
apparet ꝙ ſi eſt viduata ibi non eſt mr̃imoniũ:ſcd̃a in eo ꝙ
ꝑmittit ep̃m iudicio cedere archiep̃i:ꝑ qd̃ apparet ꝙ archi
ep̃s põt dare licẽtiã cedẽdi:qꝛ ꝓut canõ ille p̄ſupponit eccle
ſiã viduatã qñ ſpõſus nõ eſt ꝯſecratꝰ intelligẽdũ eſt ꝙ eccl̃ia
eſt viduata in reſpectu quo ad q̃d non in ſubſtãtia:hoc eſt q̃
nõ hꝫ ſpõſum vtilẽ ⁊ effectualẽ quo ad munꝰ conſecrãdi.ſed
per hoc vinculũ:⁊ ꝙ ſpõſus ſit nõ negat̃ in ſubſtãtia ſicut ex
vſu loquẽdi eccleſia dr̃ viduata q̃ hꝫ ſpõſum ſed inutilẽ quo
ad ea q̃ neceſſaria ſunt eccleſie:ꝓut autẽ dicit ipſum debere
metropolitani cedere iudicio ſtatutũ eſt in penã et ſpãliter
ꝓpter penã ꝑmiſſam:nõ ergo hoc trahẽdũ eſt ad caſum op
poſite rõnis:qꝛ non ibi ex gratia petit̃ ceſſio.Itẽ nec ad ca-
ſum eiuſdẽ rõnis cũ ex quo ſumꝰ in exorbitãtibꝰ:vt in his q̃
cõiter inferioribus nõ cõcedunt̃ ſufficiat hoc non apparere
expreſſum.⁊ ſi hoc voluiſſet expreſſiſſet:⁊ quia in exorbitan-
tibus eſſet ꝓhibitũ cẽſeat̃ qd̃ nõ apparet expreſſe ꝑmiſſum.
Circa partẽ vltimã alia ſunt clara:parcit̃ archiep̃is ꝓpter
tria ꝓpter ſpõtaneã cõfeſſionẽ:vt qꝛ errore ad fallẽdũ ſunt
inducti,⁊ qꝛ veniã poſtulauerũt,⁊ qꝛ ex ſimplicitate peccaue
runt.Circa ꝑſonã electi ſic ſe hꝫ qꝛ ex duplici cã mitigat pe-
nã ex recognitione erroris:⁊ qꝛ vt inferior minꝰ peccauit q̄
ſuperiores:⁊ qꝛ miſericordiã petijt ⁊ nõ iudiciũ non ex toto
tñ amittit factũ ꝑ archiep̃os ꝓpter impoſſibilitatẽ iuris qꝛ
ipſum nõ fecerũt ꝯſecrãdo põtificẽ prioris eccleſie nec ſcd̃e.
Ad primã nõ ex defectu intẽtionis.⁊ ad ſcd̃am non ex defe-
ctu poteſtatis cum ad priorẽ eccleſiã adhuc duraret electus
⁊ ſpõſus abſoluit eũ a pena ſuſpenſionis ⁊ a vinculo prioris
eccleſie ⁊ ipſum adminiſtrare ꝑmiſit priori cõſenſu hactenꝰ
perdurãte.Hic eſt caſus lꝫ dño meo do.Ant.gaietano tũc
archidiacono bonoñ.nũc autẽ patriarcha aquilegeñ.dum
legerẽ hãc decr.nõ placuerit me in hac decretali ponere ca-
ſum legã ꝑ partes.pono ergo primã.¶No.ꝙ eſt differẽtia
inter corporalia ⁊ ſpiritualia:quia corporalia ſunt facilima
in diſſoluẽdo ⁊ difficilia in ꝯſtruẽdo.incorporalia ſunt faci-
3 lia.in conſtruẽdo ⁊ difficilima in deſtruẽdo.¶†No.ſcd̃o ꝙ
a ſolꝰ ep̃s nõ põt deponere ab ordine[a] lꝫ ſolꝰ poſſet dare ordi
nẽ.et ſic in talibꝰ nõ ꝓcedit regula ꝙ eius eſt ſoluere cuius
eſt ligare:ꝙ eiꝰ eſt tollere cuius eſt inducere:⁊ ꝙ eadẽ cau-
4 ſa tollunt̃ qua ⁊ inducunt̃.¶ †Tertio not.ꝙ ep̃i poſſunt a
metropolitanis cõſecrari:⁊ tamen nõ poſſunt ab his depo-
5 ni.¶†Quarto no.ꝙ arg.a minori ꝓcedit in iure.qꝛ ſi ſolus
papa põt tollere qd̃ eſt leuiꝰ:fortius põt tollere qd̃ eſt gra-
b uius.[b]Et no.ꝙ ſolꝰ papa põt archiep̃m vel ep̃m deponere
⁊ non inferior a papa:nec etiã põt inferior qd̃ eſt plꝰ ipſum
condẽnare.¶ Quinto not.ꝙ reſeruatis leuioribꝰ ad ptãtẽ
6 pape reſeruata vident̃ grauiora.¶†Sexto no.qd̃ ſolꝰ pa-
papa põt diſſoluere vinculum carnale ⁊ vinculũ ſpirituale.
7 ¶†No.vij.ꝙ factũ a papa vt vicario dei interpretat̃ factũ
a ſolo deo.et qd̃ geſta ꝑ vicariũ vident̃ etiã geſta per dñm.
¶No.tria ap̃lice ſedi reſeruata:ceſſio:trãſlatio:⁊ depoſitio
ep̃orũ:⁊ ex quolibet iſtorũ diſſoluit̃ vinculũ ꝯiugale.Ponit̃
hic p̄mo r̃la.ſcd̃o ꝓbatio ꝑtis ptãtis regule.tertio cõcluſio.
quarto declaratio,Videamꝰ ĩ hac ꝑte oẽs ꝑtes.p̄ma regu.
eſt iſta ꝙ dr̃ia eſt inter corporalia ⁊ ſpũalia:qꝛ ſpũalia faci-
lius cõſtruunt̃ q̄ deſtruent̃,⁊ corporalia facilꝰ deſtruuntur
q̄ conſtruant̃: hec eſt r̃la q̃ tẽperat duo ſimul cõſtructionẽ
carnaliũ ⁊ deſtructionẽ ex ꝑte vna ⁊ ꝯſtructionẽ ſpiritualiũ
⁊ deſtructionẽ ex altera parte:⁊ in vtroq̄ oſtẽdit eſſe diffe-
rentiã.primo declaremꝰ regulã ꝑ exẽpla:exẽplũ pꝫ in cor-
poralibꝰ: qꝛ facilꝰ corporalia reuocant̃ q̄ cõſtruant̃:vt pꝫ
in peculio.ff.de pecu.l.non ſtari.pꝫ exẽplũ in poſſeſſione:qꝛ
poſſeſſio facilꝰ amittit̃ q̄ recuperet̃.qꝛ ſolo animo amittit̃
⁊ tñ in cõſtruẽdo exigit̃ animꝰ ⁊ corpus.ff.de acq.poſ.l.iij.§.
in admittẽda.de hoc in regula oĩs res.ĩ.de re.iur.pꝫ exẽplũ
in libro q̃ tanto labore cõſtructꝰ de facili deſtruit̃:⁊ duos li-
bros ſimul deſtruere poſſes:ſꝫ nõ ſic de facili poſſes ſcribe-
re ⁊ hoc nõ explicauit papa vt notoriũ.Exẽpla aũt ſcd̃e ꝑ-
tis regule patẽt ex text.qꝛ ſolꝰ ep̃s dat honorẽ:⁊ ſolꝰ nõ au-
fert.⁊ ſolꝰ archiepiſcopꝰ cõſecrat:⁊ tamẽ ſolus nõ deponit.
8 ¶ †Deſcendo ad exẽpla ſcd̃e ꝑtis regule:⁊ ꝯ̃ vnũ qd̃ dicit
ꝙ ſolꝰ ep̃s ordinat.opp.xxiiij.di.ep̃s.vbi pꝫ nõ ſolus ordi
nat ſed de cõſenſu ſui cap̃li.ad hoc de p̄bẽ.cũ ſcd̃m.Solꝰ nõ
c excludit clericos ſuos[c] ſed alios ep̃os.ad hoc.xv.q.vij.ep̃s
9 el.ij.¶†Scd̃o opp.ꝙ ſolꝰ dãnat clericũ.ij.q.vj.ideo.Solu.
ſolꝰ nõ põt deponere:vt hic:ſꝫ ſolꝰ põt ſuſpẽdere:vt ibi,põt
ſuſpẽſionẽ etiã reuocare:lꝫ nõ poſſet cõtra depoſitionẽ di-
ſpẽſare vt ibi.põt iudicare:vbi agit̃ vt deponat̃ a beneficio
10 de his que ſi.a p̄la.nouit.¶ † Oppo.ꝙ metropolitanus
nõ cõſecrat ſolꝰ.de tẽp.or.nec ep̃i.Sol.ſolꝰ ordinat principa
liter ſeu conſecrat adiunctis tamẽ ſibi duobus ep̃is.vt ibi.
11 ¶ † Opp.ꝙ poſſit dãnari ep̃s a metropolitano.de off.or.c.
paſto.eo.tit.romana.li.vj.Sol.dãnari nõ põt deponẽdo.ſed
12 bene aliter puniẽdo:vt ibi.¶†Oppon.quarto qd̃ inferior
a deo vel a papa diſſoluit carnale: vt quotidie videmus in
ſentẽtijs diuortij q̃ ferunt̃ inter cõiuges.de iureiur.quẽad-
modũ.de frig.ꝑ totũ.So.ibi non diſſoluit autoritate ꝓpria
ſed autoritate canonũ q̃ capiũt autoritatẽ a deo:vt pꝫ in.c.
precedẽ.vel dic quos deꝰ cõiũxit homo nõ ſeparet.⁊ hoc hꝫ
veritatẽ:ſꝫ quos deꝰ nõ cõiũxit lꝫ ipſi extrinſece cõiũcti vi-
deant̃:vt qñ ꝯ̃xerunt in gradibus ꝓhibitis ⁊ quos coniun-
xiſſet deus niſi fuiſſet eccleſiaſtica ꝓhibitio hoc tales ſepa-
rat homo:qꝛ nõ ſunt a deo coniũcti.¶ Circa iſtã regulã ſic
exẽplatã opp.cõtra eam ⁊ quo ad quãlibet ꝑtẽ.ſcd̃o quo ad
cõparationẽ regularũ.Ad primã ꝑtẽ regule ꝙ facilꝰ cor-
poralia deſtruant̃ q̄ ſpiritualia nõ eſt heſitatio.ideo oppo.
ꝙ facilius deſtruant̃ corporalia q̄ cõſtruantur.nã carnale
difficilius ſoluit̃ ſeu diſſoluitur q̄ conſtruatur.C.de repu.l.

Zacharias.
a ¶Nõ põt depo
nere ab ordine.
adde de hoc per
Bertha.de fir.
in tra.de ep̃o.iiij.
li.parte.viij.in fi.
Specu.in tit.de
accuſ.§.ij.ver.itẽ
terminũ.⁊ ĩ.§.iij.
verſ.ceterũ.Dy.
in.c.nõ põt.et ibi
ĩ apoſti.ad ip̃m ⁊
doct.ibi de reg.
iur.⁊ Joã.an.in
c.ij.in ſua nouell.
de pe.lib.vj.

Sebaſti.Sapia.
b ¶Grauiꝰ.vide
glo.⁊ docto.in.c.
cũ in cũctis.ſ.de
ele.Ja.in.l.ſi qñ.
§.gñaliter.in fin.
C.de inoff.teſta.
⁊ in.l.de quibus.
col.iij.ff.de lega.
vbi dicit ꝙ arg.
a minori eſt for-
tiꝰ q̄ argumẽtũ
a ſimili.vide etiã
Ja.in.l.q̃ de le-
gato.colũ.j.ff.de
lega.j.

Zacharias.
c ¶Non excludit
clericos.adde ꝙ
poſui ĩ apoſti.ad
iſtũ in.c.inter cor
poralia.nu.xxx.
in verſic.non ex-
cludit.ſ.de trã-
ſla.epi.

Sebaſt. Sapia.
a ¶ Sed remanet. Quid ſit ſubſtantia. vide Bald. in l. etiā. circa prin. C. de exe. rei iudi. Feli. in. c. cum dilecta. in ver. de forme ſubſtātia. de reſcr. Ang. in cōſil. xxv. vbi ponit q̄ ſint ſubſtātialia ⁊ q̄ formalia. Iaſ. in. l. vniuerſa. C. de p̄cib. imper. offe. Bal. in. l. actū. ff. ſi cer. peta.

Zacharias.
b ¶ De dictione imo. Adde Lu. Ro. in. l. j. et ibi Bald. col. viij. de re iud. eūdē Ludo. in rub. de arbi. col. xvij. ⁊ que poſui in apoſtil. ad iſtū in. c. innotuit. nu. v. in. ver. dictio imo. ⁊ vbi plene de ele. ⁊ aliqd in. c. inter corporalia. nu. xiij. in ver. de dictione imo. ſ. de trā. epi.

Sebaſt. Sapia.
c ¶ Simile eſt. differunt in tribus identitas ⁊ ſilitudo. vez ꝙ illō dr idem qō eſt p oīa idē. illud eſt ſile qō non eſt p oīa idē. no. in. l. q libe ris. in princ. ff. de vul. ⁊ pu. ſecūdo illud dr idē cui⁹ ſubſtātia eſt vna: ſile cuius qualitas eſt vna non ſubſtātia. ita dicit Cy. i. l. nō qñ. ff. de leg. Bal. in tit. j. C. q̄ ſit long. ꝯſue. in. l. neqꝫ. ff. de legi. in. l. j. col. vij. C. de fur. tertio illud dr idem vbi eſt eadē rō. ſile vbi nō eſt ſimilis, non eadē. ita dicit Bal. i. l. data opa. col. vij. C. q accu. nō poſ. ⁊ in. c. trāſlato. de ꝯſti. has tres differētias ego ſol⁹ collegi ⁊ poſui i repet. l. qō nerna. in. j. not. ff. depoſiti. ⁊ vnāquāqꝫ latiſſime examinaui.

conſenſu. gl. nō ſoluit: dicā infra quomodo debeat intelligi.
13 ¶ † Scdo quo ad ſecūdā partē oppo. qō facillime diſſoluātur ſpūalia. de reg. iu. defleat. vbi faciliter p peccatū effect⁹ ſpūalitatis tolliꝛ: ⁊ tñ momēto nō induciꝛ. Sol. ſi agiꝛ de deſtructiōe ſpiritualiū quo ad virtutē ⁊ exercitiū virtutū veritas eſt ꝙ facilius tolliꝛ ⁊ forte facilius ꝙ induciꝛ. ⁊ ſi agitur de deſtructione non quo ad exercitium vel effectum ſed ſolum quātū ad habitū: vt quo ad habitū ſacramētorū et quo ad ordines: ⁊ tūc facili⁹ cōſtruunꝛ quā tollunꝛ: vt in ꝯrio vel interiori deſtructiōe facillime tolliꝛ: exteriori aūt deſtructio
14 ne difficillime. ¶ † Scdo op. ꝯ ꝯparationē hic factā, ⁊ vr̄ qō facili⁹ diſſoluaꝛ cōiūgiū ꝯctū ſpūale ꝙ diſſoluatur cōiugiū ꝯctū carnale: qō patet: qꝛ carnale nō diſſoluitur niſi ex poteſtate dei. ſpirituale aūt diſſoluiꝛ ex poteſtate etiā pape: vt p totū iſtū titu. primū pꝫ: qꝛ lꝫ papa ſeparet cōiuges quo ad thorū: nō ſeparat eos quo ad vinculi ſubſtantiā. Glo. hic videtur fateri cōtrariū ꝙ matrimoniū carnale difficilius ſoluatur ꝙ ſpirituale. ¶ Ad tex. dū dicit ꝙ ſpirituale eſt fortius. rñdet gl. v. digni⁹ ſed nō forti⁹ in diſſoluēdo. nō placet ſolu. Hoſtiē. qꝛ deſtruit text. ideo dicit ꝙ ſpirituale eſt forti⁹ ꝙ carnale vt dicit litera qꝛ ſpirituale aduocat ad ſe cōiuges carnales cōmuni cōſenſu ad carnalē copulā. j. de conuerſione coniug. coniugatus. nō ſic econtra carnale aduocat ad ſe ſpirituale. Itē qꝛ in caſu carnale diſſoluiꝛ altero ſolo volente. de eo q duxit in matrimoniū. c. j. Itē altero ex fidelib⁹ veniente ad religionē. de diuor. gaudem⁹. Itē qꝛ carnale ſemp diſſoluiꝛ per mortē ſpirituale non: qꝛ ibi eſt ſponſus eccleſie triumphantis licet hic fuerit militantis. gl. diſ. ante omnia. ¶ Hic ſunt vidēda tria primū an carnale quo ad ſe facili⁹ contrahaꝛ ꝙ diſſoluaꝛ vel econtrario. ſcdo qd de ſpirituali. quo ad ſe. tertio quid de ſpirituali in reſpectu ad carnale. ¶ Ad primū hec lr̄a videꝛ velle ꝙ carnale difficili⁹ cōtrahatur ꝙ diſſoluatur, in contrarium eſt. C. de rep. l. conſenſu. vbi apparet qō difficilior eſt ſolutio ꝙ contractus. ⁊ hec eſt veritas qꝛ facilius cōtrahiꝛ: qꝛ ſolo cōſenſu: ⁊ tamen difficilius diſſoluiꝛ. per hoc patet ſolutio prime oppoſitionis quā gl. nō ſoluit. ⁊ ad hāc decre. reſpon. ꝙ nō dicit hic ꝙ carnale facili⁹ diſſoluaꝛ ꝙ diſtrahaꝛ: ſed dicit ꝙ attento hoc qō eſt corporale facili⁹ deberet diſſolui ⁊ tñ non facilius diſſoluitur: ergo arguitur qō forti⁹ eſt in ſpirituali. venit ergo argumentum ſic. corporalia ſunt difficilia in cōtrahendo ⁊ facilia in diſſoluēdo. ſed applicādo hoc ad matrimoniū corporale: matrimoniū contra naturam ſuam regularē corporalium eſt facile in contrahendo ⁊ difficile in diſſoluēdo: forti⁹ ergo ſpiritualia debēt eſſe facilia in cōtrahendo, ⁊ difficilia in diſſoluēdo. cōſequēs procedit per regulā ſupra poſitam. ¶ Ad ſecūdū de ſpirituali quo ad ſe facili⁹ cōtrahaꝛ ꝙ diſſoluaꝛ. ¶ Ad tertiū an matrimoniū facili⁹ contrahatur ꝙ deſtruatur tam corporale ꝙ ſpirituale. dic aut cōparas cōtractū ad cōtractum: aut diſtractū ad diſtractū: aut contractū vnius ad diſtractū alterius. Si comparas contractum ad contractū dicendū eſt ꝙ facilius contrahiꝛ matrimoniū carnale: qꝛ ſolo cōſenſu cōiugū: ꝙ ſpirituale in quo exiguꝛ multe ſolēnitates. de quib⁹. ſ. de ele. qꝛ propter. ⁊ c. in geneſi. Si cōparas diſtractū vnius ad diſtractū alterius certo reſpectu eſt forti⁹ in diſſoluēdo carnale ꝙ ſpirituale: qꝛ carnale diſſoluiꝛ autoritate ſolius dei: ſpirituale autoritate pape: ſed in hoc ſatis poteſt dici ꝙ paria ſunt quia alia non eſt autoritas pape ꝙ dei certo reſpectu. forti⁹ ſpirituale: quia nūꝙ ſpirituale non diſſoluiꝛ ⁊ diſſoluiꝛ carnale: vt p mortē: et ſic habent ſe vt excedētia ⁊ exceſſa. Si comparas contractum vnius ad diſtractum alterius: tūc quādoꝙ cōtractus ſpiritualis eſt fortior diſtractu carnali: qꝛ carnale diſſoluiꝛ nūꝙ p ſpūale ⁊ ſine volūtate cōiugū qñ nō interceſſit copula. de cōuer. coniu. ex publico. ⁊ cū volūtate cōiugum quando interceſſit copula. econtra cōtract⁹ carnalis non eſt fortior diſtractu ſpirituali qꝛ nūꝙ ſpirituale qd eſt pfectū ⁊ ſolenne diſſoluiꝛ p carnale. licet quando nō eſt ſolēne ſic, vt pꝫ qui cle. vel vo. p totū. Nūꝙ cōparatur contractus ⁊ diſtractus ſpiritualis ſimul in cōtractu ⁊ diſtractu carnali. ⁊ dicit hic Hoſt. ꝙ fortius operaꝛ ſpirituale in ꝯſtruēdo ⁊ difficili⁹ in diſſoluēdo ꝙ facit carnale: qꝛ fortius character imprimiꝛ ex charactere ſpirituali ꝙ imprimaꝛ ex charactere carnali: qꝛ fortior imprimit gratiā ⁊ fortiora copulat nō ſolū corpora ſed etiam animas: ⁊ non ſolum duas ſed plures. xx. q. j. precipimus. Item quia fortior ⁊ efficacior eſt ſua generatio. Item qꝛ fortius aſtringit qꝛ ſoluiꝛ nūꝙ ſpiritualis: vt dixi ſupra: ⁊ ſic eſt forti⁹ ſpirituale ⁊ digni⁹. vnde quo ad diſſolutionē comparando ambo ſimul nō eſt dubiū ꝙ carnale difficilius ſoluatur ꝙ ſpirituale: ⁊ facili⁹ cōtrahitur carnale et difficilius ſpirituale. Sed dices. ratio ergo hic poſita cōcluderet cōtra inducentē. Rñ. papa inducit arguēdo a maiori: ⁊ ſic ſi carnale difficiliter ſoluiꝛ ⁊ autoritate dei. fortius ſpirituale debet autoritate dei: conſequens procedit qꝛ ſpiritualia ſunt difficiliora in deſtruēdo ꝙ ſunt corporalia regulariter. ſi ergo applicata materia corporali ad hanc ſpeciem vinculi matrimonij: vinculū hoc preter naturā ꝓpter vinculū efficiꝛ difficillimū in ſoluēdo quod eſt cōtra naturā corporaliū: forti⁹ hoc debet eſſe in ſpirituali vt materia ſpirituali applicata ad hāc ſpeciē vinculi matrimonialis difficilius diſſoluitur: qꝛ hec eſt natura ſpiritualiū et forti⁹ operatur actus ſecundū naturā ꝙ cōtra naturā: vt patet de ordi. ab epi. qui renuntiauit. c. j. ¶ Uenio ad ver. ſicut autē. vbi papa extendit dictū in epiſcopo ad electum confirmatum.
15 ¶ † No. j. ꝙ cōſecrat⁹ equiparaꝛ quo ad qd cōfirmato: nam ſicut cōſecratus nō pōt cedere aut trāſferri abſqꝫ autoritate pape: ſic nō poteſt cōfirmat⁹. Et eſt cauſa qꝛ difficultas diſſoluēdi ⁊ cedēdi ſurgit a ſubſtātia vinculi: quod vinculū datur p ſolā cōfirmationē. ⁊ ſic habes ꝙ vinculū matrimoniale ſpirituale qō cōtrahiꝛ inter pſonas eligētiū ⁊ electi indiſſolubile ſit in ipſo actu cōfirmatiōis. vide tex. ſ. de elec. cum inter canonicos. ⁊. j. vt lit. nō cōte. qm̄. §. ſi vero. Et aduerte qꝛ matrimoniū dirigiꝛ ad pſonas eligētium ⁊ electi quaſi ipſi ſunt qui contrahunt. ſed matrimoniū eſt inter eum, et eccleſiam vt inter eum ⁊ eligētes: quaſi eccleſiā repreſentantes. j. de teſta. relatū. ¶ No. ij. qō cōſecratio quo ad ſubſtantiam vinculi nihil addit ſed ex autoritatibus ſolis perfectum eſt matrimoniū. ¶ No. iij. qō id diciꝛ de ſubſtātia alicuius quo poſito illud poniꝛ: ⁊ quo remoto illud remoueꝛ. ⁊ illud non dicitur de ſubſtātia alicuius ad cuius remotionem non re-
a moueꝛ ſed remanet [a]. dignitas ergo ep̄alis nō eſt de ſubſtātia matrimonij: ⁊ ſic conſecratio non eſt de ſubſtātia matrimonij: qꝛ ſine illo matrimonio pōt eſſe dignitas epiſcopa-
16 lis ⁊ matrimoniū pōt eſſe ſine ea. ¶ † Et no. quod dignitas epiſcopalis non cōſiſtit ſup ſola adminiſtratione ſed conſiſtit ſuper ordine: vnde diciꝛ dignitas ep̄alis in ep̄o cōſecrato licet adminiſtrationē nō habēte. ¶ Et no. poſſibile dare ep̄m nullatenenſem ⁊ poſſibile dare ep̄m mr̄imonio nō alligatū: ⁊ ſic adminiſtratio ⁊ vinculum a dignitate ſeparabilia ſunt. ¶ Quarto no. ꝙ noua additio ex accidēti alterat ſub-
17 iectum ex quo non cōfert ad materiā ſubiecti. ¶ † No. qnto
b de dictione imo [b] q̄ ſtat correctiue aut declaratiue. Et not. qō vbi eadē remanet cauſa: lꝫ aliqō accidēs varieꝛ nō variatur diſpoſitio. ⁊ ad participiū cauſe ſpecifice daꝛ participiū cauſati iuris ſup cauſa fundati. ¶ No. ſexto concluſionē quā papa intendit qō ſicut ep̄s conſecratus nō trāſferꝛ nec cedit vel deponiꝛ ab alio ꝙ a papa ita elect⁹ et cōfirmat⁹. ¶ No. ſeptimo qō ad participium eiuſdē rationis in genere neceſſario daꝛ participium iuris ab illa ratione regulari: et ſic qō diciꝛ eadē ratio idem ius. Et no. qualiter procedit illud vbi lex nō diſponit nec nos. eſt verū niſi rationis identitate ad caſum de quo agitur poſſit ius extēdi. ¶ No. ꝙ aliud eſt ſimilitudo aliud eſt idētitas. ⁊ qō ſimile nō eſt idē. Et no. modum procedēdi in iure nr̄o de ſimilib⁹ ad ſilia: qꝛ idē iudiciū
c eſt quando ex toto ſimile eſt [c]. Et no. ꝙ iura pōderanꝛ ſm ſenſum q cadit in intellectū bene organizati et ſubtiliter intuentis. ¶ Opp. qō matrimoniū nō ꝯhaꝛ inter eligentes ⁊ electū: imo inter eccleſiā ⁊ electū: vt diciꝛ de teſta. reqſiſti. qō pꝫ qꝛ eccl̄ia diciꝛ viduata: vt. ſ. de ele. ne pro defectu. ⁊. c. propter. Sol. dicit hic Inno. quod ꝯhiꝛ inter eligentes ⁊ electū id eſt miniſterio eligētiū inter eccleſiā ſeu populū et electū: vel ſatis diciꝛ ꝯhi cū eligētib⁹: qꝛ repreſentant eccleſiam et ſic intellige. c. cum inter canonicos. ſ. de elec. ⁊. c. prea. qm̄. §. ſi vero. ¶ Opp. qō ante cōfirmationē ſit mr̄imoniū: vt pꝫ ſ. de elec. cū inter canonicos. ⁊ in. d. c. qm̄. §. ſi vero. Sol. matrimoniū ꝯhiꝛ ſolo cōſenſu eligētiū ⁊ electi, vt ibi: ideo tex. quo ad hoc ſtat bene hic maxime: qꝛ idē etiā ſi nō ſit confirmatio ſecuta quo ad cōcludendā ſubſtantiā vinculi. vij. qō. j. ſicut. quo autē ad vinculi indiſſolubilitatē quid iuris ſit ſtatim dicā. Dicit hec glo. quā ſic expedio qō eſt differentia an ſit ꝯfirmatus ⁊ nō pōt cedere abſqꝫ pape licētia. ⁊ hoc addit ipſa confirmatio: quantum autē ad ſubſtantiā vinculi nihil addit. ⁊ hec eſt cōis opi. lꝫ Hoſti. tenuerit cōtrariū p dictionem maxime. Rñdeꝛ ꝙ illa implicat idē quo ad ſubſtantiā matrimonij concludendā non quo ad indiſſolubilitatem et hoc tenet glo. de ele. lib. vj. ſi electio, in gl. ¶ Opp. qō conſecratio aliquid addat. j. e. licet. Sol. dicit glo. ad ſubſtantiam vinculi nihil addit: ſed bene illud cōfirmat. qō declarabitur ibi: quia addit aliquā virtutē ⁊ exercitij poteſtatē q̄ nō aderat ante cōſecrationē: vt pꝫ de elec. trāſmiſſum. ⁊. c. qō ſicut.

¶ Oppo. ꝙ

18 ¶ Oppo.ꝙ nõ ſemper † procedať de ſimilib⁹ ad ſilia.vt pꝫ.xxviij.q.j.
ſic enim.xxvij.q̃.j.nuptiarũ. Solu.q̃n omnimodo eſt ſimilitudo ꝓce-
ditur alias nõ.¶ Venio ad tertiã ꝑtẽ in verſi.ſed neq;.iſta pars tollit
obiecta duo.¶ Not.primo ad principalẽ intẽtũ pape ꝙ eccleſia pôt
dici dupliciter viduata.vno mõ ſimpliciter et ei reſpectu vt q̃n nullũ
ſupponiť vinculũ inter eã et ſpõſum.ſcđo modo quo ad qđ:⁊ tunc tot
modis pôt dici vidua quot aliquo accidẽti extrinſecus ꝯſiderato vir
eius eſt inutilis ⁊ ĩhabilis q̃ ad exercitia m̃rimonalia,⁊ hoc mõ eccľia
pôt dici vidua q̃ hꝫ electũ ꝯfirmatũ nõdũ cõſecratũ q: deficit ĩ exerci-
tio illorũ q ſunt ordinis.¶ Scđo no.ex hoc ꝙ hec paria ſunt quo ad
19 qđ quẽ nõ hr̃e aliquid vel habere:ſed inutiliter.¶ † No.tertio ꝙ cõis
vſus loquẽdi in interpretatiõe verborũ iuris attendiť ꝙ verba exau-
diantur ⁊ ꝓlata intelliganť nõ ſimpľr ſed ſm cõem vſum loquẽdi.⁊ ſic
verba ſimpľr prolata ſimpľr debẽt intelligi niſi natura materie ex cõi
a vſu loquẽdi reſtringať.ꝓuerbia ergo allegare poſſum⁹.[a] extra de in-
b de.⁊ ſi iudeos.¶ No.ſm principale ad ĩtẽtũ loquẽtis ꝙ ꝑmiſſum [b] ſub
rõne pene:nõ intelligiť ꝑmiſſum ſub rõne gratie,⁊ ſic act⁹ ꝑmiſſio nõ
extẽdiť ad caſum oppoſitũ rõnis.¶ No.ꝙ iure ſingľari ꝑmiſſa nõ ex
tẽdunť nec extẽdi debẽt ad alios caſus:maxime ſi nõ ſunt paris rõnis
20 et idẽ etiã ſi forẽt.ad hoc de pri.ſane.¶ † Et not.ꝙ in materia ꝓhibi-
bita cõiter oẽ qđ nõ apparet cõceſſum cõcludiť ſub regula ꝓhibitũ,⁊
tũc omne omiſſum habeť ꝓ ꝓhibito.⁊ procedit generale erubeſcim⁹
abſq; lege loq.⁊ qđ a lege nõ ꝑmittiť nõ eſt ab hoĩe preſumẽdũ,et qđ
decreto ſanctorũ patrũ nõ eſt adinuentũ nouis ſuperſtitionib⁹ nõ eſt
nouiter p̃ſumẽdũ.¶ No.ꝙ materialiter dicit litera ex qua arguiť qđ
arctať cõfirmat⁹ ad petẽdã ꝯſecrationẽ intra ſex mẽſes vť ꝙ tp̃s cur-
rat a tp̃e electiõis.Et not.penã:q: ſi poſt tp̃s nõ aſſumat cõſecrationẽ
ipſe pôt ꝯpelli ad cedẽdũ.ꝑ qđ apparet ꝙ ſi cedere cõpelliť aliqđ ius
eſt q̃ſitũ.¶ Opp.primo ꝙ nõ ſunt ſex mẽſes ſed ſunt quinq;.vt patet
in illo.c.q̃m.c.di.qđ hic allegať.Solu.dicit gl.ꝙ ꝯ̃riũ eſt verũ q: tex.in
cõtrariũ loquiť de quinq; mẽſib⁹.vel dic ꝙ ille tex.habet reſpectũ ad
mẽſes ꝓut ſunt cepti.ad hoc.ĩ.de tẽp.ordi.literas.nã finis quinq; mẽſiũ
eſt ꝑncipiũ ſex mẽſiũ.hoc no.ꝓ teſte ꝯcordãdo:q: ſi dicat ꝙ vltra quinq;
mẽſes factũ eſt,⁊ vltra ſex menſes vt ſalueť cõiũgẽdo finẽ cũ principio
ad hoc.l.ſi.§.appellata.ff.ſi cer.pe.ſiľe ꝙ dr̃ xp̃m paſſum dũ eſſet.xxxij.
an.⁊ ſex mẽſiũ:q: ſex menſes a tp̃e natiuitatis vſq; ad paraſcene pote-
rant eſſe cepti,ſꝫ nõ cõpleti vel voluit tex.hic determinare opi.Hug.
q̃ voluit poſſe purgari morã intra mẽſem.ad hoc.ſ.e.tit.cũ in cũctis,
21 ver.cũ vero.et qđ ibi no.¶ † Opp.ſcđo dr̃ ꝙ oẽ nõ cõceſſum intelligi-
tur ꝓhibitũ:imo vr̃ ꝙ omnia cẽſeanť cõceſſa q̃ nõ apparẽt prohibita.
ff.de iudi.ſolemus.ĩ.de cauſ.poſ.cũ eccleſia.xxx.queſtio.iij.illud.et.q.
iiij.qui ſpiritualẽ.¶ Gl.dat duas theoricas.Prima eſt hic ꝙ in ma-
teria larga omne nõ ꝓhibitũ p̃ſumiť ꝯceſſum:vt in iudicijs bonefidei
in bñficijs.vt pꝫ.ĩ.de ver.ſig.cũ olim.in abſolutiõib⁹.de ſen.excõ.nu-
per.in materia ſtricta omne nõ ꝑmiſſum cenſeť prohibitum.vt in cõ-
tractib⁹ ſtricti iuris.ff.de ver.ob.l.quicqđ aſtringẽde.de arbi.cũ dile-
ctus.in priuilegijs de deci.ad audiẽtiã.Alij dicũt qđ aut ꝯſtitutio eſt
ꝓmulgata affirmatiue.⁊ intelliguntť oĩa cõceſſa niſi appareãt ꝓhibi-
ta.xxxi.q.j.deus maſculũ.ſi negatiue ſunt ꝓlata omne ꝓhibitũ cẽſetur
qđ nõ apparet ꝑmiſſum.xxiij.q.ſi nõ lꝫ.cũ ſi.de hoc.xciij.diſt.peruenit
el.ij.⁊.ſi.q.v.cõſuluiſti.dic ꝙ ⁊ olim ⁊ hodie in materia ꝓhibita omne
nõ apparẽs cõceſſum p̃ſumiť ꝓhibitũ.In materia cõceſſa oẽ quo ad
ſui regulã ⁊ generalitatẽ p̃ſumiť ꝑmiſſum niſi appareat ꝓhibitũ cã.q:
qđ eſt ſub regula eſt cõiter accidẽs:qđ ꝑter regulã ſingulr̃ accidẽs:⁊
regularia p̃ſumunť,ſpãlia aũt ⁊ ſingľaria nõ.Si autẽ vis cognoſcere
an ſit materia ꝓhibita vel ꝑmiſſa conſidera modũ loquẽdi,q: ſi ius in
materia loquiť ꝑmiſſiue p̃ſumiť ꝑmiſſa ſi negatiue p̃ſumiť prohibita.
Et ſi q̃ris ſm ius nature oĩa fuerũt ꝯceſſa duob⁹ exceptis.Primũ ꝙ
qs nõ faceret alteri qđ ſibi nõ vellet:vt in ꝑncipio decre.Scđm ꝙ nõ
faceret ꝯ̃ ꝓhibitionẽ ſuperioris:qđ pꝫ ĩ ꝓhibitiõe pomi.ſuperueniẽte
iure gẽtiũ deſtructũ fuit illud ꝓhibitoriũ ⁊ oĩa fuerũt ꝯceſſa dũmodo
de facto poſſet qs cõceptũ adimplere.j.di.iuſgẽtiũ.ſaluis tñ pactioni
bus ⁊ legatorũ religiõe q̃ nõ licebat violare.vt ibi.⁊.ff.de pac.l.conuẽ
tionũ.⁊.l.ſeq.Tertiũ tp̃s fuit legis moſaice in iſto aliqua ſunt ꝓhibi-
ta et aliqua p̃cepta.Exod.xx.poſtea ſuperuenit lex ciuilis in qua q̃dã
ꝓhibita ⁊ q̃dã ꝑmiſſa.Quarto ſuꝑuenit tp̃s gratie quo declarata eſt
lex vet⁹ ⁊ patefacta eſt veritas quo tp̃e emanauit lex canonica ꝑ quã
ciuilis intelligẽda eſt.de cele.miſ.cũ marthe.in his q̃ nõ ſunt ꝓhibita
vel ꝯceſſa.¶ Venio ad ver.ſane.¶ No.ꝑmo ꝙ trãſlatio attribuiť ſu-
periori bñficij ad qđ ſit trãſlatio:⁊ abſolutio vel ꝯceſſio attribuiť illi a
quo trãſferť ſeu a ſuperiore bñficij a quo trãſferť ⁊ ad illũ ſpectat dare
licẽtiã trãſeũdi.¶ No.ſcđo penã trãſferẽtiũ ep̃os quib⁹ trãſferre nõ
cõpetit:⁊ etiã illorũ q trãſlationẽ ſeu trãſlationi cõſentiũt et trãſlatos
cõſecrãt vel cõfirmãt.q: ſuſpẽduntur a poteſtate cõſecrandi vel cõfir-
mandi.⁊ pena tranſlati eſt.q: ſuſpẽditur a pontificali officio.¶ Not.
tertio ꝙ ceteris parib⁹ plus peccat ſuperior q̃ꝫ inferior:e plus peccat
inordinate ꝓmouẽs q̃ꝫ promotus,⁊ minus aliorũ ſequẽs errores q̃ꝫ
inducẽs ad ſequẽdũ.¶ No.quarto ꝙ parcitur ſponte confitẽti et ve-
niã poſtulãti ⁊ peccãti ex errore.Et not.qui dicantur peccare.ex ma-
lignitate dicunť pecccare q peccant ex certa ſciẽtia.ex ſimplicitate qui
peccant errore quãtũcũq; error ille cadat in la-
tam culpã vt eſt iura ignorare.¶ No.quinto ꝙ
videtur de ſubſtãtia cõſecratiõis vt cõſecrãdus
ad aliquã cõſcereť eccleſiã ⁊ certã ⁊ determinatã
et in qua ſponſus ſit cõſecratus.ergo ad eccleſiã
in qua nõ eſt ſponſus licet in alia ſit ſpõſus cũ in
illa cõſecretur nõ diciť cõſecratus ad aliã in qua
nõ eſt ſpõſus:q: ad illã cõſecrari nõ pôt.Et per
hoc videť ꝙ conſecrat⁹ in ep̃m ad eccleſiã in qua
eſt intruſus nõ recipiat habitũ ꝯſecratiõis adeo
ꝙ poſtea inde remot⁹ nõ remanet etiã ep̃s vlli⁹
eccleſie.¶ No.ſexto ꝙ alligat⁹ alteri eccleſie hꝫ
duplex impedimẽtũ ſi ſuſpẽdatur.primũ eſt im-
pedimentũ prioris vinculi.ſecũdũ impedimẽtũ
ſecũde ſuſpẽſionis.opꝫ ergo ꝙ ſuper vtroq; di-
ſpenſeť.¶ Not.ſeptimo ꝙ cõcluſus null⁹ ex pſe-
uerantia cõſenſus rudi mõ pôt operari q̃nq; ad
facilitatẽ diſpẽſandi nõ quo ad validitatẽ electio
nis.de quo.ſ.ti.j.bone.¶ Opp.primo ꝙ leuius
debuerint puniri iſti archiep̃i.vt.ſ.c.proxi.Sol.
hic plures deliquerũt:q: hic fuit trãſlatio ⁊ cõſe-
cratio.Itẽ q: potuerũt maturi⁹ videre eo ꝙ plu
res fuerunt.¶ Opp.ꝙ nõ debuerit hic admitti
electus:imo debuerit priuari.ĩ.e.lꝫ.Sol.hic pa-
pa ſecũ egit gratioſe.de iure eñ debebat vtroq;
priuari.⁊ capitulum etiã debuit illa vice priuari
poteſtate eligẽdi niſi papa etiã cũ eo diſpẽſaſſet
vt.ſ.de ele.cũ in cũctis.¶ Opp.ꝙ hic trãſlatus
non debuerit ad gubernationẽ eccleſie admitti.
imo debuerit vtraq; priuari.ĩ.e.l.lꝫ.Sol.gl.ꝙ de
iure hic priuãd⁹ erat vtraq;:⁊ electores ꝑtãte eli
gẽdi vltra hoc ⁊ elect⁹:cũ elegiſſent inhabilẽ:ita
ꝙ totũ qđ hic ſit fuit gratia.ideo Hoſt.hic dt̃ qđ
in alio fuit gratia:q: ꝯſenſus a ꝑncipio fuit null⁹
ſiue fuerit electus ſiue poſtulatus eo qđ non po-
tuit ab alio poſtulari q̃ꝫ a papa.de poſtul.ꝑla.c.
ſi.⁊ ſic cõſenſus ille initialis matrimonij nullus
22 fuit nec eſſe potuit aliqs.¶ † Sed hoc approbat
papa cui nõ lꝫ dicere cur ita facis.xix.diſt.in me-
moriã,vñ ſi intelligam⁹ de perduratiõe in cõſen
ſu quo ad canonicos.i.vt de nouo conſentiant.⁊
ſic de eodẽ in genere.ad qđ de poſt.ꝑla.bone.vel
ſi intelligať ſi in priori ꝯſenſu cõſiſtãt.vel ſi intel-
ligatur de cõſenſu ep̃i electi cui papa vult facere
gratiã,vtrobiq; totũ qđ ſit gratia eſt.¶ Quero
an ep̃s cõſecrat⁹ in terminis decre.poſſit dici cõ
ſecrat⁹ ad aliquã eccleſiã ſpecifice ⁊ ſi nõ eſt cõſe-
crat⁹ an cõſecrat⁹ ſit ſaltẽ in genere ita ꝙ ſit ep̃s
et poſſit expedire inuitat⁹ illa q̃ ſunt ordinis.di-
cit hic Hoſt.ꝙ ſpecifice hic ad nullã fuit cõſecra-
tus fuit tñ cõſecratus ad generalẽ ad quã quili-
bet cõſecratur cũ vnica ſit tãtũ eccleſia.ſic inter-
dum profeſſus certã religionẽ nõ eſt obligatus
illi religioni in ſpecie ſed obligatur in genere.vt
ĩ.de reg.non ſolum.lib.vj.et.c.ſeq.

1 ☞ Epiſcopus qui ꝓpria autoritate de ſua ec-
cleſia ſe tranſfert ad ad aliam carebit vtraq;.ſ.
2 Conceſſa ſub nomine proprio tranſeunt in ſuc-
ceſſorem quando materia eſt nature vt trãſeant
ad ſucceſſorem.
3 Titulus preſumitur ad antiquam poſſeſſionem.
4 Citatio non requiritur in notorijs.
6 Epiſcopus qui propria autoritate ſe trãſfert ad
aliam eccleſiam nõ eſt priuatus prima ipſo iure.

1 Quanto. ¶ † Epiſcopus qui ꝓpria autoritate de
ſua eccleſia ſe tranſfert ad aliã carebit
vtraq;.h.d.cũ ſe.Primo factũ narrat
Scđo aggrauat ibi,non attendens,Tertio pu-
nit ibi,ne autẽ.In iſta decretali habemus duo
principalia.primo factum ⁊ aggrauationẽ facti.
ſecũdo ꝑenam.¶ Circa primũ no.primo auto-
ritatem illã quos deus coniungit homo non ſe-
paret:induci ad illud.ſ.matrimoniũ ſpirituale:⁊
ſic lꝫ argui de carnali ad ſpirituale et econuerſo.
ſup quo dic,vt de ſpon.cum apud.¶ No.ſecũdo
qđ deo reſeruata:videtur vicario ſuo reſeruata.
2 ¶ † No.ꝙ cõceſſum ſub nomine proprio tranſit
ad ſucceſſorẽ:quando materia eſt nature vt trãſ-
cat ad ſucceſſorẽ:⁊ ſic in põderanda diſpoſitione

Zacharias.
a ¶ Prouerbia er
go allegare poſ-
ſum⁹.vide plene
per Io.an.in al-
le.c.et ſi iudeos.
Barto. Guil.de
cu.in.l.ſolẽt.ff.de
offi.ꝓcõ.⁊ leg.l.ſi
chor⁹.et ibi Dy.
de leg.iij.Arch.
in.c.ne tales.de
cõſe.di.v.⁊ Alex.
in.l.j.colum.xiij.
ff.ſi cer.pet.

Ant.Franciſ.
¶ An ꝓuerbiũ
poſſet allegari i
deciſionib⁹ cau-
ſarũ.vide q̃ dixi
ſ.in.c.j.in apoſt.
ma.vbi plene di
ctum fuit.

Sebaſt.Sapia.
b ¶ Qđ ꝑmiſſum.
Adde qđ etiã lꝫ
allegare vulga-
rẽ locutionẽ.no.
Arch.in.c.j.in.§.
porro.in.iij.col.
de ſta.reg.in.vj.
refert et ſequiť.
d.Iaſ.in.l.i.colũ.
antepe.ff.ſi cert.
peta.

Sebaſti.Sapia.
a ¶Qd antiqtas.
Ex antiqtate p̄
ſumit̄ ſolēnitas
iteruenifſe vt no.
in.l.q in aliena.ī
prin.ff.de acq.he
re.adeo ꝙ ēphi
teota q longiſſi
mo tpe poſſedit
rē tāꝗ ēphiteoti
cam p̄ſumat̄ ha
buiſſe debitis ſo
lēnitatib⁹ p̄cedē
tib⁹ vcꝫ cū auto
ritate epi ſi ē em
phiteoſis eccl'ia
ſtica.⁊ p Alexā.
in cōſi.lxxix.icip.
circa primum de
quo q̄rit̄.col.iij.
in.j.volu.de quo
tñ vide Alex.in
cōſi.xvij.incip.vi
ſo inſtr̄o locatio
nis.ī.iiij.vol.vbi
dicit qd ex antiq
tate p̄ſumit̄ ſolē
nitas qñ nō po
terat illa ſolēni
tas pbari alias
ſec⁹ vide Feli.in
c.ſicut.col.xix.de
re iudi.

Zacharias.

b ¶Ab onere p
bādi titulū.Ad
de tu de hoc per
Bar.ī.l.foramē.
ff.de ſer.vrb.p̄d.
Pan.de ca.in.l.
j.§.fi.ff.de aqua
quoti.⁊ eſti.Ale
xād.in.l.ſeruitu
tes.la grande.ff.
de ſer.vrb.Bal.l.
ſicuti.col.ij.in gl.
iiij.C.de p̄ſcrip.
xxx.an.⁊ Pan.
de ca.ꝯſ.v.in pri.

Zacharias.

c ¶De mr̄imonio
carnali ad ſpiri
tuale.vide plene
per iſtū in.c.ij.et
ibi an hoc ſit idi
ſtincte verum.j.
de tranſact.⁊ vij.
q.j.ſicut et ibi ar
chi.Card.in cle.
j.q.iij.ver.q etiā.
de conceſ.prebē.

Sebaſti.Sapia.

d ¶Ex p̄ſumptio
ne.No.tamē qd
nō omnis inobe
diens dicit̄ cōtē
nere⁊ peccare ex
temeritate.not.
domi.in.c.de li
bellis.ad fin.xx.
diſtin.late ponit
Fel.in.c.ij.co.iij.
de maio.⁊ obe.

Zacharias.

e ¶Iſtorū ver
borum dūtamē.
vide p Bar.in.l.

an ſit in rem vel perſonam plus attenditur natu
ra materie ꝗ attendatur verborum expreſſio.ad
hoc.ſ.eo.c.j.et.ij.de offi.dele ga.q̄ſi abbas.¶Et
no.ꝙ poteſtas epoꝝ träſferēdi ſpectat ad ſolum
papam.¶Quarto no.ar.pro antiquitate vene
randa.¶Quinto no.ꝙ factum a papa vt a vica
rio Jeſu chriſti attribuitur factū a deo cui⁹ locū
papa tenet in terris.¶Not.ſexto ꝙ träſlatio et
quelibet diſpenſatio debet in ſe habere vtilitatē
aut neceſſitatē:alias nō eſt diſpēſatio ſed diſſi
patio.An electus ad aliam eccleſiā eoipſo ꝙ al
ligatur alteri eccleſie poſſit adminiſtrare bona:
dic ꝙ non ſm Bo.qꝛ nō poteſt ad aliam aſſumi
aliter ꝗ per poſtulationem et aſſumptus p po
ſtulationē nō poteſt adminiſtrare etiā in eccleſia
vltramontana:qꝛ hec decre.nihil loquitur in cle.
3 ¶† Aliud nō proſequunt hic doc.niſi de antiq
a tate ſup glo.quod antiquitas [a] multa poteſt.in
ter cetera dicūt quod antiquitas relevat ab one
b re probandi titulū [b] de quo de preſcrip.c.j.lib.vj.
¶Venio ad ſecundā partē ⁊ hic ponitur primo
pena eligentium ſcdo pena electi träſlati.¶No.
primo vnam cauſam pene imponende ne.ſ.facti
peruerſitas tranſeat preſumptoribus in exēplū.
¶Not.ſcdo ꝙ epm tranſiuiſſe ad aliam eccleſiā
non pōt eſſe non notoriū:et patet qꝛ factū actus
tranſeuntis poteſt eſſe notorium contra Butri.
4 ſed ipſe diceret ꝙ habet cām manentē.¶† Not.
tertio qd in notorijs fert̄ ſnīa parte nō citata.de
quo de iureiurā.ad noſtrā.el.iij.de appel.cū ſit.
de coha.cle.⁊ mu.veſtra.de elec.bone.de ver.ſig.
ex parte gl.de reſcrip.ab excōicato.¶No.quar
to qd alligatus alteri matrimonio nō pōt licite
eligi.⁊ qd eligentes ſunt priuādi poteſtate eligē
di.litera dicit qd ſuſpendēdi ſunt.dicā cū glo.Et
no.qd quis puniet⁹ eſt in quo peccauit.¶Cir
ca hanc partē op.et videt̄ ꝙ tranſlatio nō legiti
ma non ſit notoria:qꝛ poſſibile eſt ꝙ tranſiuerit
cū licētia:⁊ hoc cū licentia poteſt eſſe occultū:qꝛ
nō patēs oculis.de cler.excō.illud.Sol.qd träſ
iuit nō pōt eſſe niſi notoriū:qd aūt cū vel ſine licē
tia träſiuerit pōt eſſe nō notoriū:tamē ſufficit fa
ctum eſſe nō notoriū ex quo licentie datio habet
ſe p accidēs in qua grauat̄ onere probādi:vt pꝫ
in.c.veſtra.de coha.cle.⁊ quod ibi plene no.tales
eni circūſtātie habētes ſe ex accidenti non impe
diūt effectū notoriū.¶Opp.ꝙ nō ſint ſuſpēden
di ſed priuati ipſo iure:vt pꝫ de elec.cū in cūctis.
Sol.dic ꝙ hic nō peccauerūt eligēdo ſed recipiē
do abſq licētia pape:forte poſtulauerūt:vel dic
ſuſpendendos.i.ſuſpenſos eſſe ⁊c.ſed dices hoc
nō ſufficit:qꝛ debent eſſe priuati:dic qd iſta pena
qd priuati ſint eſt ſuſpēſio:qꝛ ex toto nō ſunt pri
5 uati ſꝫ ad tps vt digi.de elect.bone.¶†Venio
ad vltimā partē no.ꝙ derelinquēs eccleſiā et at
tentās aliā caret vtraq;:priuādus eſt vtraq;.
prima propter ſuperbiā.ſcda propter auaritiā.
Quero quādo habet locū pena vt priuet̄ ſecun
da habita.dic ꝙ hoc pcedit ſiue träſiuerit abſq
licētia eius cuius erat prima.de renū.admonet.
vij.q.j.nō oportet.ſiue ex eo qd träſiuit abſq licē
tia illius cuius eſt eccleſia ad quā träſiuit quam
ſua autoritatate nō debet occupare.de p̄bē.eum
qui.lib.vj.dic tamē quod ſi vnam dimiſit cum li
centia et aliā apprehendit ſine licētia qd illa pri
uandus eſt tantū in qua licentiā non obtinuit ne
plus extendatur ⁊c.de his que ſiūt a maiori par.
6 ca.queſiuit.¶†Quero an tranſiens ad ſecundā
abſq licentia ſit priuandus ſeu priuatus prima
ipſo iure:dic quod non eſt ipſo iure ſed priuand⁹
eſt ⁊ ſic remanet epiſcopus prioris eccleſie ⁊ prio
res clerici adhuc ei obedire tenent̄.item ibi renū
tiatio non tenet de renun.quod in dubijs.nā etiā
lata ſententia res ſtatim non perditur.vt inſtit.
de offic.iudi.§.fin.licet circa iura ſtatim ſententia
ſuum ſequatur effectum.ff.de penis.l.in ſeruorū.
§.fin.per quod patet quod non perdit eccleſiam
ex tranſitu ſed ſuperioris ratihabitiōe.dicit Jo.
andr.qd in curatis ſumus expediti per decreta.
de multa.de p̄ben.in epatibus aūt in quib⁹ nihil

eſt ſtatutum ⁊ quibus non poteſt renuntiari.reli
gionis fauore abſq licētia pape aliud eſt:⁊ pro
cedunt dicta ad hoc quod no.de cōceſſio.prebē.
cum noſtris.

1 Argumentū de matrimonio carnali ad ſpi
rituale valet.
2 Matrimoniū nō pōt diſſolui ab alio ꝗ a deo.3.
4 Argumentum a maiori in exorbitantibus non
procedit.7.8.
5 Dictio duntamen,facit actum conditionalem.6.
8 Maius ſi cōcedatur an cenſeatur cōceſſum mi
nus vel equale.
9 Indulgentia an ſit latiſſime interpretanda.
10 Priuilegium ſemper eſt intelligēdū vt aliquid
addat iuri communi.9.
11 Priuilegiū vel beneficiū an et quando patiatur
interpretationem extenſiuam.
12 Ambitio ex quibus preſumatur.
13 Eligi vel poſtulari quando quis debeat.
14 Examen quando requiritur an aliquis ſit ido
neus:non eſt citanda pars.

Licet. Solus papa träſfert epi
ſcopos ⁊ indulgētia eius
ſuper tali träſlatione conceſſa ad lite
ram ſeruanda ⁊ ſtrictiſſime intelligē
da eſt.h.d.Primo ponit dictū.Scdo ibi:hoc aūt
recitat factū.tertio.rñdet obiectioni ibi:nec illa.
1 ¶†No.primo qd licitū eſt arguere de matrimo
c nio carnali.ad ſpirituale [c] ⁊ ecōtra.d quo de ſpō.
2 cum apud.¶†No.ſecūdo qd carnale matrimo
niū nō pōt diſſolui ab alio ꝗ a deo.Et ſic proce
dit quos deus cōiunxit homo nō ſeparet.Et no.
ꝙ illa verba ſunt euāgelij quos deus cōiūxit ⁊c.
¶No.iij.ꝙ matrimoniū ſpirituale contrahitur
inter electū ⁊ eccleſiā:nō inter eligētes et electū.
alibi dicitur ꝙ inter eligētes ⁊ electū.ſ.de ele.cū
inter canonicos.⁊.j.vt lit.non conte.qm̄.§.ſinau
tem.qd intellige vt p Inno.digi.ſ.e.inter corpo
3 ralia.¶†Not.quarto matrimoniū poſſe intelle
ctualiter cōſiderari petitū ⁊ cōſtitui per partes.
ſ.tres qꝛ ptē participij recipit in conſenſu:partē
ratificationis in cōfirmatione:partē cōſumma
tiōis in cōſecratiōe.Et no.ꝙ tale nō pōt abſolui
abſq autoritate apoſtolice ſedis.Et not.ꝙ tale
vinculū nō eſt niſi inter epm ⁊ eccleſiā de quo.ſ.
de poſtu.p̄la.c.fi.nō eſt ergo inter eccleſiā ⁊ infe
riores prelatos.¶Not.q̄nto quomodo dicit̄ qs
delinquere ex temeritate qñ delinquit cōtra ius
obedientie.digi.ſ.de ele.cū nobis.vel in.c.tranſ
miſſam.⁊ etiā tūc dicit̄ delinquere ex p̄ſumptio
d ne.[d] ¶No.ſexto ꝙ indulgētia cōtra ius eſt ſtri
cte intelligēda.Et aduerte qꝛ hoc probat tex.hic
etiā quaten⁹ agit̄ de preiudicio concedētis.⁊ hoc
qñ conceditur per viā priuilegij ⁊ ſic no.ꝙ indul
gentia vt ſtricti iuris ad limites verborū eſt re
ſtringēda.¶No.ſeptimo ꝙ ex permiſſione trā
ſitus ad maiorē nō videt̄ pmiſſum träſire ad mi
norē:qꝛ cauſa cōceſſionis fundat̄ ſup maiori vtili
tate:qꝛ maior reperit̄ vtilitas in maiore ꝗ in mi
nore.Secus qñ fundat̄ ſup habilitate pſone:qꝛ
ſi eſt habilis ad maiora eſt habilis ad minora.
4 ¶Vel poſſum⁹ colligere†ꝙ ar.etiā a maiori nō
procedit in exorbitātibus vñ nō ſequit̄ diſpēſatū
eſt in maiori:ergo cōceſſum eſt in minori.ad hoc
5 de prebē.cui de nō ſacer.in.vj.¶†No.octauo de
e effectu iſtorū verborū:dūtñ [e].qꝛ reddūt gratiā
cōditionalē ad certitudinē vel idagationē ei⁹ ꝙ
ſub illa oratiōe iungit̄.vnde cautū eſt dicere:dū
tñ nihil obuiet canonicis inſtitutis.i.ſi nihil obe
uiet.Et no.ꝙ talis oratio ſeu gratia tāꝗ cōditio
nalis effectū non operatur ante purificationē et
certificationē an aliqd obuiet ſeu in materia ſeu
6 in forma electionis ⁊ poſtulationis.¶†No.no
no ꝙ hec clauſula,dūtñ nihil obuiet ⁊c.dat cauſe
cognitionē ſuper eo qd ſubijcitur vt principali
clauſule:et ſi hoc eſt priuilegiū cognitio videtur
reſeruata ad pſonā cōcedētis priuilegiū ad hoc
j.de iudi.cū veniſſent.⁊ ſic hec clauſula non ſonat
in monitionē tm̄:ſꝫ tribuit eti⁹ examinationē.vi
de cle.primā de of.dele.⁊ qd no.in.c.fi.de p̄ſump.
¶Hic

ſi quis ita.de cō
di.⁊ demon.⁊ in
l.vxorē.⁊ ibi Dy.
⁊ qd no.in apoſt.
ad ipm.ff.de leg.
iij.vbi ꝙ facit cō
ditionē eundem
Dy.in.l.q ꝯcubi
nā.eo.tit.pleniſſi
me p Bart.in.l.j.
col.iiij.ff.de ꝯdi.
⁊ demon.

Anto.Fran.

¶An hec di
ctio dūtñ faciat
conditionē vltra
hic alleg.vide q̄
no.Bar.⁊ doc.in
l.ſi decē cū petie
ro.⁊ in.l.centeſi
mis.⁊ in.l.eū qui
ita.i.§.q ita.ff.de
verbo.obli.⁊ qd
de dictiōe dum
modo:dicas qd
importat modū
vt p Bar.⁊ doct.
in.l.de quib⁹ die
bus.in.§.fi.de cō
di.⁊ demon.⁊ de
hmōi dictiōib⁹:
dūtamē:⁊ dum
modo an et qñ
importent cōdi
tionē vel modū
vide p Spe.ī tit.
de leg.in.§.pen.
ver.ſed qd ſi in
dulgētia.et vide
glo.in cle.cum ⁊
quē.de ꝯceſ.pre
bē.et aliā gl.in.c.
nō pōt.de prebē.
lib.vj.que vident̄
dicere ꝙ impor
tāt ꝯditionē ⁊ ne
ceſſariū eſt cōdi
tionatū exiſtere:
qꝛ ꝯditiōes ſunt
ī ſpecifica forma
implēde.l.q he
redi.⁊.l.meuius.
ff.de conditio.et
demon.

¶ Hic habem⁹ tria. Primo habemus cauſam ex qua pa-
pa cõcludit temeritatẽ trãſeuntis. Secũdo habemus tran-
ſitũ ⁊ factũ temerariũ. In tertia tollit excuſationẽ allegatã.
Uenio ad primã. Primo videt̃ qđ papa hic ſit ſuperfluus
in iſto titulo in hac autoritate qꝛ idẽ reperit̃. Sol. Hoa. dicit
ꝙ in primo. c. papa ꝓbat ꝑ locũ ab autoritate. In ſecũdo ꝓ-
bat per locũ a minori. In tertio probat per locũ ab antiqui
tate: hic ꝑ locũ a ſimili. ¶ Scđo opp. cũ gl. q̃ eſt ſuper verſi.
intantũ hic dicit̃ matrimoniũ initiari: ⁊ deinde cõfirmari, ꝑ
hoc ꝓſupponit̃ matrimoniũ perfici ꝑ partes ⁊ ſic habere ꝑ-
tes diuiduas: hoc eſt falſum: qꝛ vinculũ matrimonij momẽ-
to perficit̃ vel ſtatim eſt vel nõ eſt. ergo non põt capere finẽ
principij vel mediũ in partes: qꝛ hec capiunt tractũ neceſſa
rio. ꝙ momẽto expediat̃ patet. xxvij. q. ij. c. ij. vbi patet ꝙ eſt
res indiuidua, ⁊ aut eſt vel nõ eſt in momẽto. Glo. reſpõdet
qđ ſi põderat̃ matrimoniũ penes ipſam vinculi ſubſtantiã
et mediũ quo ad illa q̃ ſubſtãtialiter ꝓducũt carnale nõ ex-
pedit̃ per partes: imo momẽto eſt vel nõ eſt. Si cõſideratur
quo ad accidentia extrinſeca vel virtutes: ⁊ tũc põt dici ha-
bere partes. ſubſtãtialiter eñi matrimoniũ capit principiũ
⁊ finẽ a cõſenſu, ⁊ ſic cũ cõſenſus ſimul momento expediatur
momẽto etiã perficit̃, ante eñi ꝙ̃ ſit cõſenſus mutuus nõ eſt
matrimoniũ: et ſtatim cũ eſt cõſenſus mutuus eſt matrimo-
nium: ſed quo ad alias partes extrinſecas ⁊ virtutes conſti-
tutiuas poteſt eſſe in parte ⁊ nõ eſſe in parte. nos poſſumus
matrimoniũ ſpirituale et carnale cõſiderare reſpectu p͛ã-
bulorũ neceſſitantiũ ad finẽ matrimonij, ⁊ hoc reſpectu põt
dici initiatũ nõ vinculũ ſubſtãtiale ſed aliqđ ſubordinatum
in finẽ faciẽdi vel ꝓducẽdi vinculũ, põt exemplificari in ele
ctiõe ⁊ electiõis publicatiõe: qꝛ ſtatim ꝑfectũ eſt preambulũ
ꝑ reſpectũ ad eligẽtes neceſſitãs vinculũ: ſic põt dici in car-
nali vinculo ſpõſaliorũ: vt pꝫ de ſpõ. per totũ. ſic ergo poſt
illud ſequit̃ pars q̃ facit matrimoniũ. ſ. cõſenſus pure electi
et ſicut in matrimonio carnali ſecuto cõſenſu vtriuſ ꝙ̃ eſt ꝑ-
fectũ ita in iſto perficit̃, ⁊ ſic põt dici pars media in reſpectu
ad principiũ extrinſecũ preambule ⁊ mediũ neceſſitantis: ſꝫ
in reſpectu ad mediũ mr̃imoniũ nec media ſit nec pars nec
vltima, ſed iſta nõ eſt diuiſa. Si tertio conſiderant̃ virtutes
cõſecutiue ad vinculũ ſequunt̃ alie partes: qꝛ ſi in matrimo-
nio carnali ſequit̃ copula ratificat̃ matrimoniũ: nõ ꝙ aliqđ
addat ſubſtãtifice ad vinculũ quaſi illud intẽſiue extẽdatur
in ſubſtantia ſed ſolũ addit̃ q̃dã qualitas ⁊ virtus extrinſe-
ca a ſubſtãtia vinculi ꝑ quã vinculũ magis roborat̃ quo ad
difficultatẽ diſſoluẽdi, qꝛ vbi poterat aliquo caſu diſſolui. vt
in. c. ex publico. de ↄuer. cõiug. altero ex ↄtẽtibus ingrediẽ-
te religionẽ modo ſic nõ poterit, ⁊ in hac copula ratificatur
et confirmat̃ vinculũ, ⁊ ſicut in carnali ratificatio ⁊ conſum-
matio dat̃ eodẽ momẽto ſic in ſpirituali quo ad virtutẽ ro-
boratiuã vinculi: quo ad difficultatẽ diſſoluẽdi dat̃ poſt cõ-
ſenſum ꝑ confirmationẽ qꝛ ex tũc vinculũ eſt ab eccleſia ratũ
et efficit̃ pro tũc indiſſolubile autoritate inferioris a papa:
ante ergo poterit diſſolui volũtate electi ſm veram opi. de
qua. ſ. e. inter corporalia. ⁊ no. de ele. ſi electio. libr. vj. cõſum-
matio autẽ quo ad virtutẽ partus filiorũ eſt in conſecratio-
ne: qꝛ cõſecrat⁹ põt alios ſpirituales filios facere ordinãdo
qđ ante nõ poterat ⁊ ſic ibi datur cõſummatio. in hoc ergo
videt̃ differre carnale a ſpirituali: qꝛ ratificatio carnalis eſt
ſimul cũ cõſummatiõe. ſ. copule: ſꝫ in ſpirituali diuerſo actu
concludit̃. ⁊ cã huius eſt, qꝛ vniuerſalis eccleſie in matrimo-
nijs nõ exigit̃ extrinſeca ⁊ expreſſa ꝓbatio: ſufficit eccleſiam
nõ ↄdicere ⁊ nõ habere cãm ↄdicẽdi. ſecus autẽ eſt in ſpiri-
tuali: qꝛ opꝫ qđ ꝑſona examinet̃ ⁊ ſpecialiter approbetur qđ
ſit in actu cõfirmationis ⁊ ꝓ tanto dant̃ actus de ꝑ ſe ad cõ-
ſummationem: ⁊ hec eſt veritas. de copula aũt an addat ad
matrimoniũ. dic qđ nihil addit, ⁊ de hoc habet̃. xj. qđ. iij. qđ
predeceſſor. et ſic videm⁹ vnũ ſignũ legale in indiuiduis. nã
ſeruitus nõ põt per partes trãfferri: ⁊ tñ ante eã poſſent da-
ri ꝑtes ordinate in finẽ eam inducendi. ff. de ſer. ruſti. pre. l. ꝑ
fundũ. ⁊ patet ex no. in. l. eſt receptũ. ff. com. predi. ⁊ hec ſuffi-
ciant de prima parte. In ſecunda ꝑte vt facti recitatiua ni-
hil dicitur. ¶ Uenio ad tertiã ⁊ hic aduerte. ⁊ hic facit tria.
primo recitat indulgẽtiã. ſecũdo ipſam oſtendit non ꝓfice-
re etiã ſuppoſito vno intellectu hic falſo. tertio idem facit in
ſuppoſito vero. ¶ Ad primã: in illa ponit̃ ſolus tenor. nec
ei aliqđ obuiat. ¶ Ad ſecũdam dicit qđ licet videat̃ aliqui-
bus quod poſſit trãſire ad maiorẽ ⁊c. ¶ Oppo. ꝙ hoc non
poſſit nec debeat videri: qꝛ ſi gratia eſt cõditionalis nõ vi-
det̃ qđ hoc poſſit indulgẽtiã operari donec fuerit ex inqui-
ſitione purificata. Glo. fatetur ⁊ dicit qđ papa hic ex ſuper
abundãti rñdet: ⁊ preſupponendo intellectum falſum nulli
debet videri ꝙ etiã virtute illius indulgẽtie tranſire poſſit
niſi prius ſit purificata: purificata autem indulgentia iſtis
bñ poterat videri qđ poſſit trãſire ad maiorem: ⁊ ſic intelli-
7 git̃ hic. ¶ † Scđo obuiat. dicit̃ hic qđ ſi indulgentia conce-
dit̃ vt ad maiorẽ poſſit trãſire, nõ poterit trãſire ad parẽ ꝑ
hoc: ⁊ ſubmittit qꝛ facilius diſpẽſatur in maiori ꝙ in mino-
ri. cõtra imo facilius in minori ꝙ̃ in maiori diſpenſat̃. lvj. di-
ſtin. cenomanenſem. de fil. preſby. c. j. lib. vj. vt no. ſ. de ele. ſcri
ptũ. vbi ꝑ glo. Sol. qñ dat̃ impedimẽtũ reſpectu defectus
perſone vt ꝓpter accidẽs criminis vel aliud ⁊ facili⁹ in mi-
nori diſpenſat̃ ꝙ̃ in maiori qꝛ in maiori reqrit̃ maior habili-
tas ꝑſone ꝙ̃ in minori: ⁊ ideo tũc approbat̃ qs facili⁹ ad mi-
norẽ ꝙ̃ ad maiorẽ. Qñ ſubeſt impedimẽtum vinculi et al-
ligatiõis alteri vinculo ſuppoſita habilitate ꝑſone ad vtrũ
que ⁊ tũc ſi in diſſoluẽdo vinculo ꝓpter trãſitũ facili⁹ conce-
ditur in maiori vt aſcẽdat ꝙ̃ ad parem vt non aſcendat: ſed
gradualiter in pari gradu ambulet qꝛ in primo poteſt da-
ri cauſa in ſecundo non. cum tanta ſit vtilitas que vtilitas
in caſu iſto tanta reperit̃ in vno ꝙ̃tum in alio. ſed maior põt
eſſe vtilitas in maiori et tales diſpẽſationes exigũt cauſam:
⁊ ſic loquit̃ hic ad hoc. ſ. de poſt. prela. bone. ij. c. pxi. ¶ Ter
8 tio vr̃ qđ ex quo ↄceſſum † eſt ꝙ trãſeat ad maiorẽ cõceſſum
vr̃ qđ poſſit trãſire ad parẽ: qꝛ cõceſſis maioribus conceſſa
vident̃ minora. xvj. q. ij. viſis. de dona. paſtoralis. Gl. q̃ inci-
pit ſed nõne cõceſſo. rñdet qđ cõceſſis maioribus vident̃ cõ-
ceſſa minora: ſed dũ dicit̃ cõcedere trãſitũ ad maius benefi-
cium eſt maius ꝙ̃ cõcedere trãſitũ ad minus: hoc eſt falſum
qñ cõceſſio ſit ꝓpter vinculũ: qꝛ tales cõceſſiones implẽtur
ex cã ⁊c. et ſine cauſa fieri nõ poſſunt. Ad ꝓpoſitũ ergo leui⁹
eſt concedere ꝙ tranſeat ad maius, qꝛ iſti ſubeſt aliqua vti-
a litas ꝙ̃ ad parẽ vel minorẽ eccleſiã [a] qꝛ ibi deficit vtilitas: ⁊
primũ cõcedit̃ a iure. ſecũdũ aũt nõ permittit̃ ita ꝙ illud qđ
eſt maius ꝑmiſſum a iure eſt leui⁹ cõceſſibile ꝙ̃ id qđ eſt mi
nus ꝓhibitũ a iure: ſic loquit̃ hec materia. vnde aliqñ aliqđ
eſt maius qđ eſt leuius: videt̃ etiã aliquid eſſe leuius quod
maius vr̃. ad hoc qđ not. in. d. c. paſtoralis. ad hoc de ele. ne-
mo deinceps. libr. vj. vt eccle. benefi. c. vno. ⁊ quod no. in cle.
vna. de reb. ec. non alie. de ele. ſi religioſus. lib. vj. cõiũcta de-
cre. ne cle. vel mo. c. ij. e. li. ad hoc cle. de her. nolẽtes. in prin.
9 ⁊ no. de ele. in cle. ne romani. §. irritũ. in prima gl. ¶ † Ad ter
tiũ hic oppo. cũ gl. que eſt ſuper verbo poſtulatio. ⁊ videtur
ꝙ ꝑ per hanc indulgentiã potuerit trãſire abſ alia licẽtia.
Primo qꝛ verba indulgẽtie latiſſime interpretãtur, et ſic ꝙ
aliquid operent̃. de verb. ſign. Abbate. hic nihil operantur
ergo ⁊c. nã hoc de iure cõi facere potuiſſet a papa licẽtia pe
tita: ſed ſi non habebit expectare licentiam pape non addet
priuilegium aliquid ad ius qđ eſt contra naturam priuile-
gij: qꝛ priuilegiũ eſt priuans legem. iij. diſt. priuilegia. ff. ad
munici. l. j. ff. de leg. j. l. ſi quando. Gloſſ. ad primũ qđ dicit̃ in-
dulgẽtias latiſſime interpretandas. reſpõdet primo qđ hoc
eſt verũ ꝙ̃tum patit̃ natura verborũ indulgẽtie vltra non,
qꝛ nõ tãtũ eſt tradenda latiſſime qđ rũpat̃. hic aũt papa ſub
limitauit conceſſionẽ: dũtamen nihil obuiet ꝓpter qđ cũ ſit
dubiũ reſeruauit ſibi examinationẽ contra verba: ergo non
ampliabit̃ vt tranſeat ſine examinationẽ. ad hoc de priuile.
ſi de terra. ⁊ patet de cõſue. cum dilectus. Uel ſecũdo quedã
ſunt indulgẽtie que ſunt beneficia que non exorbitãt a iure
cõi: et talia latiſſime interpretantur: quedam exorbitantia a
iure et talia non intelligantur latiſſime, ⁊ his loquitur hic
nam ſi ampliaretur hic derogaretur iuribus per que cõſue
ta examinatio poſtulationum ⁊ electionũ ſubuerteretur: et
hoc qꝛ tales indulgẽtie eo qđ a iure exorbitãt ꝓſumunt̃ am-
10 bitioſe obtẽte. j. q. j. principat⁹. ¶ † Ad ſecũdũ ꝙ priuilegiũ [b]
b debet aliquid operari et intelligi vt addat reſpondendũ qđ
hoc operabitur. nam duo erãt impedimẽta in trãſitu. Pri-
mum qꝛ alligat⁹ primo vinculo ꝑ qđ inhabilitabat̃ ne poſ-
ſet tranſire nec etiã poterat conſentire. Aliud erat impedi-
mentum qꝛ nõ poterat ibi tranſire non examinatus. prima
impedimẽta tollũtur ex ſola licentia: ſed qꝛ operatio illorũ
nõ põt dari ante examinationẽ per hoc nõ poterit dari ex-
ercitiũ illorũ anteꝙ̃ examinet̃: eo ergo examinato poterit
ante examinationẽ etiã trãſire ſeu cõſentire ſed poſtea non
poterit trãſire añ ꝙ̃ ſit examinat⁹, ⁊ ſic loquit̃ hic. ⁊ hoc ope-
ratur ſcriptura illius priuilegij. qꝛ contra ius. ¶ Secundo
hoc operat̃ tenor verborũ de cuius mente apparet papam
voluiſſe ſibi reſeruare examinationem. extẽdebat ergo iſte
priuilegiũ in duob⁹. primo qꝛ volebat trãſire ad parẽ. ⁊ erat
cõceſſum ad maiorẽ tantũ qđ facilius concedit̃. ſcđo qꝛ vole
bat tranſire non examinatus. quod erat cõtra mẽtẽ reſerua
tionis. ibi dũtamen ⁊c. et contra intentum priuilegij quod

Sebaſt. Sapia.
a ¶ Minorẽ eccle
ſiam. Uide text. i
l. relegatorũ. in
fi. ff. de interdi. et
relega. ⁊ not. per
Fely. in materia
diſpẽſationis. in
ca. poſtulaſti. ſ.
de reſcr. ⁊ ꝑ gl. in
c. cũ in cũctis. ſ.
de ele.

Sebaſt. Sapia.
b ¶ Qđ priuile-
giũ. Adde ꝙ ni-
hil operant̃ cõ-
tra ius cõmune.
vt no. Hem. in. c.
ſi papa. de priui.
in. vj. Alexan. in
cõſi. xxxiij. incip.
viſo. in. j. vol. limi
ta etiã vt nõ ꝓce
dat qñ cõfirma-
ret̃ antiquũ pri-
uilegiũ ſm He-
mi. in. c. ſi gratio
ſe. in. j. col. de re-
ſcri. vide Fel. in
c. ſolite. col. iij. de
maio. ⁊ obedien.

ſtricte interpꝛetãdũ eſt.Dicit Goffre.quod vltra hoc ope⸗
rabitur iſta indulgẽtia:qꝛ non poſtulatus alias non habe⸗
bat ius petẽdi cõfirmationẽ.modo ex vi licentie poterit ex
quo perſona ⁊ poſtulatione cõſtabat qꝺ non placet Hoſtiẽ.
qui dicit ꝙ ſine tali indulgẽtia hꝫ ius petẽdi confirmationẽ
et abſq; ea cõfirmaꝛ qñ petiꝛ ꝓpter vtilitatẽ eccleſie:vt ipſe
no.ſ.de ele.cũ monaſteriũ.¶ Scꝺo dicit Hoſti.ꝙ operabi
tur circa examinationẽ qꝛ vbi alias examinatio ſpectaſſet
ad papã qꝛ papa habet admittere modo ex quo data eſt li⸗
centia tranſeũdi poterit trãſire abſq; examinatione pape:⁊
poterit patriarcha examinare ex vi licẽtie qꝺ alias nõ poſ⸗
ſet niſi alias ſit hic immediate ſubiect⁹ pape:qꝛ tũc papa ha
bet examinare:nec diceꝛ tunc patriarcha iure ſuo examina
11 re:ſed ex hac licẽtia generali pape.¶ † Hic doc.tractãt ſeu
a querũt nunqd priuilegiũ alias beneficiũ debeat extendi.[a]
Dic qꝺ aut loquimur in priuilegio et ſtricte interpꝛetaꝛ dũ
modo aliquid operetur debet tamẽ intelligi qꝺ aliqd ope⸗
retur:⁊ ſufficit ꝙ aliquid opereꝛ cõtra cõcedentẽ.Aut ſapit
natura bñficij ⁊ late interpꝛetatur ſi ex hoc alteri nõ infer⸗
tur pꝛeiudiciũ q̃ concedenti ſic loquiꝛ hic.Aut loquitur in
12 beneficio:⁊ tũc eſt ambitioſum ⁊ ſtricte intelligitur.¶ † Et
dicitur ambitioſum multipliciter:qꝛ quandoq; cõtra natu⸗
ralem rationẽ vel equitatẽ vel tangit periculũ animarũ:vt
hic ⁊.ſ.ti.j.dudũ.ij.ad ſi.qñq; ambitioſum ⁊ odioſum eſt ra⸗
tione perſone.de fil.pꝛeſby.literas.⁊.c.ſi.vt qꝛ perſona eſt ꝓ⸗
pter qualitatẽ cõiter iuri exoſa.qñq; rõne ſui tenoꝛis vt cõ⸗
tra ius alterius impetratũ.ff.de vulg.⁊ pup.l.ex facto.Aut
eſt fauoꝛabile qꝛ nõ cõcernit incõmodũ alterius:et tũc latiſ⸗
ſime interpꝛetaꝛ qꝺ dicit hic Hoſtien.etiã ſi in aliquo dero⸗
get iuri qꝺ intelligo de iuri cõi cõcernẽte cõcedẽtẽ:alꝭ ſemꝑ
ſtricte interpꝛetareꝛ:qꝛ trãſiret in naturã priuilegij:hoc ve⸗
rum quaten⁹ verba patiunꝛ nõ vltra vt hic.de hoc de verb.
ſig.olim.vbi bona gl.⁊ hanc differẽtiã inter priuilegiũ ⁊ be⸗
13 neficiũ poſuit gloſ.ſ. eo.inter coꝛpoꝛalia.¶ † Oppo.hic in
nuiꝛ ꝙ habẽs indulgẽtiã debeat poſtulari imo vꝛ ꝙ nõ de⸗
beat poſtulari ſꝫ eligi.ex quo enĩ lata eſt ſentẽtia trãſeũdi cõ
tra vinculũ habet licẽtiã apertã ⁊ difficultas trãſeũdi ſubla
ta eſt.ergo debet poſſe eligi.ad hoc.ſ.de elec.cũ vintonieñ.
Sol.dicit hic Inno.expꝛeſſum qꝺ lꝫ diſpẽſetur cũ aliquo in
habili ad electionẽ qꝺ ex diſpẽſatiõe nõ habilitatur ad mo⸗
dum pꝛouidẽdi vt poſſit eligi ſed dꝫ poſtulari vnde dicit in
hac materia ſic dicẽdũ ꝙ qñq; diſpẽſatio ex toto non tollit
impedimẽtũ a quo neceſſitatur via poſtulandi:exemplum
vt in alligato alteri eccleſie:qꝛ lꝫ deꝛ licentia ꝑ hoc nõ tolliꝛ
vinculũ materiale:ex quo ſurgit difficultas et tũc poſtulari
debet vt hic.Qñq; tolliꝛ vinculũ pꝛima facie ex toto:et tũc
conſidera quale ſit vinculũ.aut eſt odioſum:⁊ tũc qꝛ diſpẽſa⸗
tio eſt fauoꝛabilis:ideo tollit ipſum ex toto.exẽplũ ponit in
illegitimitate ⁊ rationẽ aſſignat:qꝛ facili⁹ tolliꝛ odiũ q̃ tolli
tur fauoꝛ:⁊ non remanẽt alique reliquie.per qꝺ dicit Inno.
qꝺ eligi põt.Dat ſimile in pacto qꝺ tollit ex toto obliga⸗
tionẽ ⁊ actionẽ deſcẽdentẽ ex delicto qꝛ odioſa eſt.ff.de pact.
l.ſi tibi.§.quedã.vnde nullis remanẽtibus veſtigijs aut reli⸗
quijs valet qꝺ agiꝛ ⁊ eligi põt:vt in illegitimitate:illegiti⸗
mus ergo legitimat⁹ põt eligi.Qñq; vinculũ eſt fauoꝛabi⸗
le:⁊ tũc diſpẽſatio eſt odioſa:ideo reſtringẽda:et tũc defect⁹
ex toto nõ tolliꝛ ꝑ diſpenſationẽ quo ad reliquias ⁊ veſtigia
pꝛima:puta qꝛ fauoꝛ difficiliter cõfunditur vt patet in alijs
actiõib⁹ fundatis ſuper fauoꝛabili cã q̃ nõ tollunꝛ ipſo iure
ſed elidunꝛ ex pacto.ff.de pac.l.ſi vnus.§.pact⁹.⁊ in pꝛopoſi⸗
to vt daret ꝯ vinculũ licẽtiã ꝙ eſt fauoꝛabile:⁊ tũc nõ põt eli
gi ſꝫ debet poſtulari ⁊ ſic põt etiã loq hic.ꝑ qꝺ concludit hic
Inn.ꝙ neceſſaria eſt poſtulatio ⁊ fuit poſtulatus vt hic:et
tutius eſt qꝺ poſtuleꝛ lꝫ ſm eũ poſſet tolerari qꝺ eligatur ꝑ
mutuũ cõſenſum eligẽtiũ ⁊ electi ꝓpter licentiã poteſt cõ⸗
trahi matrimoniũ.Dicit tñ tutius eſſe ꝙ eligaꝛ in poſtulã⸗
dũ vel poſtuleꝛ in eligendũ.ſatis credo qꝺ hec foꝛma pꝛoce
deret ꝓpter ꝓbabile dubiũ.ꝑ.c.j.de poſt.p̃la.ſeruata foꝛma:
vt ibi dicit Hoſt.ꝙ tutius eſt ꝙ oĩa ꝑ papã fiant:⁊ qꝺ hic nõ
cõſentiat ſine cõſciẽtia pape:qꝛ hui⁹ dubij ſuperioꝛ eſt papa
nõ ipſe poſtulatus.Inn.aũt reſidet.⁊ Jo.dicit ꝙ poterit de
iure ꝯſentire ⁊ qꝺ examinare poterit iſte inferioꝛ vt dixi.vt
ptꝫ ibi ꝑ eũ examinatio faciẽda:qꝛ ſic ipſonaliter eſt locu⸗
tus vt nocet qꝺ ſibi nõ eſt reſeruata:ſic de ele.nec ꝓ defectu.
qꝺ ſatis mihi plꝫ:qꝛ licẽtia aperit viã ad vinculũ vt aliquid
opereꝛ:⁊ credo ꝙ hoc poſſet facere ante examinationẽ:⁊ qꝛ
examinatio exigiꝛ demũ ante trãſitũ vt etiã ſentit gl.vel cũ
licẽtia ſit cõditionata ſi idone⁹ ſit melius credo ꝙ ante exa⸗
mineꝛ vt purificeꝛ ꝯditio indulgẽtie:ꝑ qꝺ apparet ꝙ tutioꝛ
14 eſt opi.Hoſt.¶ † Ultimo quero qualis erat hec examina⸗

Zacharias.
a ¶ Debeat extẽ
di.Tu vide de
hoc Bal.i.l.ſi.C.
de fruc.et lit.ex⸗
pẽ.Bar.i.l.iij.in
pꝛin.verſi.tertio
limita.⁊ ibi pul⸗
chꝛe ꝑ Alexã.ꝙ
gſq; iur.cano.in
c.ij.de mu.peti.
Dy.⁊ Phi.Frã
ciſc.in reg.in iu⸗
dicijs.de reg.iu.
⁊ Ro.cõſi.cxlvj.
col.ij.ver.ij.rñ.

Zacharias.
b ¶ Quatuoꝛ pa⸗
triarche.Dic ꝙ
maioꝛes patriar
che.ſ.Alexãdri⸗
nus ꝯſtãtinopo⸗
litan⁹ antioche⸗
nus ⁊ hieroſoly⸗
mitan⁹ habẽt ex
priuilegio ꝙ ꝯfe
rant metropoli⸗
tanis qb⁹ p̃ſunt
pallium,priuſq;
⁊ ipſi receperint
vt not.in.c.anti⸗
qua.ſ̃.de priuile.
nõ tenet: nã eſt ꝯ̃ iſtũ tex. ⁊. c. ſequẽs. ⁊ ad illã. l. rñ-
det q̃ loquit in iuriſdictione ordinaria. et de hac
materia vide latius in. c. lꝫ. j. e. ſed quantũ perti-
net ad intellectũ huiꝰ. c. cõclude ſic ꝙ aut q̃ritur
de iuriſdictiõe ordinaria: ⁊ illa nõ expirat p mor
tem cõcedẽtis etiam re integra. vt no. Hoſt. ṡ. e.
qm̃ abbas. eſt tex. ſm cõem intellectũ in. d. l. et qꝛ.
i ¶ Et eſt ratio: qꝛ p cõceſſionẽ ordinarie iuriſdi-
ctionis fit gratia ipſi cõcedẽti cũ per hoc habeat
dignitatẽ. vt not. in cle. ij. de reſcrip. gratia vero
cõceſſa nõ expirat lꝫ moriat cõcedẽs re integra.
vt in. c. ſi cui. de prebẽ. lib. vj. ⁊ ad validitatẽ et ad
efficaciã priuilegij ſufficit ꝙ ꝑueniat ad notitiã
priuilegiati. vt in. c. j. de cõceſ. ꝑbẽ. lib. vj. ⁊ in. l. ab-
ſenti. ff. de dona. Item iuriſdictio ordinaria radi
e catᵉ in perſonã illius cui cõcedit: vnde immedia
te p cõceſſionẽ inheret oſſibus iſtiꝰ ⁊ ideo p mor-
k tem concedentis non expirat: qꝛ id qđ noſtrũ eſt
ſine facto noſtro a nobis euelli nõ poteſt: vt in. l.
5 id qđ noſtrũ. ff. de reg. iur. ¶ † Quomodo vero
cognoſcatur qđ ſit cõmiſſa iuriſdictio ordinaria
an verõ delegata: dic qđ ſi princeps vel lex ſeu
conſuetudo tribuit ſimpliciter iuriſdictionẽ ſup
vnã ꝓuinciã ſeu ſuper vnã ciuitatẽ vel caſtrũ ſeu
f cõcedit iuriſdictionẽ ſimplꝛ ᶠ ſuper vniuerſitate
g l cauſarũ vꝛ concedere ordinariã niſi exprimat ᵍ
h verbũ delegamꝰ ʰ. vel facias autoritate nr̃a ⁱ ⁊c.
i nam tunc facit eũ delegatum ᵏ. ad hoc vide ho.
k text. cum gl. in. c. j. de cle. agro. lib. vj. ⁊ in. c. cũ ali-
quibus de reſcript. eo. lib. hanc cõcluſionẽ firmat
Hoſt. ṡ. eo. qm̃. ⁊ Bar. in. d. l. ⁊ quia. vide Inn. in
m c. cum ab eccleſiarũ. de offi. ord. ⁊ ſcias ꝙ nõ qui-
libet poteſt dare ordinariã ſed ſolũ princeps vel
lex vel cõſuetudo vel vniuerſitas dum eligit re-
ctorẽ: vt no. in iuribus preal. aut queritur de iu-
riſdictione delegata et de perpetuatione ipſius
reperiuntur multe opi. vt predixi: inter quas eſt
opi. Hoſt. in. d. c. lꝫ. q multũ in hoc laxauit habe-
nas. dicẽdo qualitercũqꝫ delegatꝰ incipit vti iu-
riſdictione añ mortẽ delegãtis ꝑpetuata eſt iu-
riſdictio mouet per illud. c. lꝫ. vñ ſi elegit ſibi no-
tarium vel nũtiũ fit perpetuatio ſecũdũ eũ. vide
l etiam gl. ˡ in. c. ſi a ſubdelegato. j. eo. lib. vj. que te-
nuit ꝙ ſi delegatus ſubdelegat añ mortẽ primi
m delegãtis ꝑpetuat eius iuriſdictio ᵐ ⁊ ſubdelegã
do vſus eſt iuriſdictiõe, mihi placet illa opin. vt
neceſſario requirat citatio per tex. j. c. proxi. et p
c. ſi. de offi. lega. cui impoſſibile eſt reſpõdere niſi
n impropriẽtur litera. facit. c. ꝓpoſuiſti. de foro cõ-
pe. ⁊. l. ſi quis poſtea. de iudic. probatur ratiõe nã
in hac perpetuatione requiritur qđ delegatus
ceperit vti iuriſdictiõe. vnde cũ perpetuatio iſta
fiat reſpectu partiũ oportet qđ interueniat ali-
6 qs actus cũ parte. ¶ † Sed citatio eſt principiũ
⁊ fundamẽtum iuriſdictionis cõtentioſe. inſti. de
pena te. litigã. §. fin. ⁊. c. qm̃. de ꝓbationi. ergo ne-
ceſſario requirit ꝙ procedat citatio. Itẽ ſecũdo
multa iura ſpecifice requirunt citationẽ: not. j. c.
ꝑxi. ⁊. c. ſi. preal. de offi. leg. ergo alia iura que di-
o cunt gñaliter qđ iudex incepit vti debẽt intelli-
gi ⁊ ſuppleri per citationis actum. item ⁊ tertio.
c. ꝑxi. reqꝛit ꝙ negotiũ dꝫ eſſe ceptũ ante mortẽ
delegãtis: ſed nõ põt dici ceptũ niſi ſit deuẽtum
ad aliquẽ actũ qui ſit de ſubſtãtialibꝰ negotij. vt
probat in. c. in cauſis. cũ ibi no. de ele. ⁊ in cle. ſi. de
ꝓcu. ergo etiã neceſſario reqꝛit citatio: qꝛ vt dixi
ipſa eſt primꝰ et ſubſtantificus actꝰ ordinis iudi-
n ciarij. ⁊ hanc opi. tenet Cal. in. d. c. lꝫ. ⁿ ⁊ Arch. ij.
q. vj. c. nõ ita. ſi q̃ris de ratiõe quare delegata iu-
riſdictio extinguit morte cõcedentis re integra.
reſpõde p actũ ſubdelegatiõis nõ trãſfert effica-
citer iuriſdictio in delegatũ. hinc eſt ꝙ re ĩtegra
ille q ſubdelegauit in totũ põt cõmiſſionẽ reuo-
care vt i. c. ꝙ̃uis. e. ti. li. vj. vñ cũ iuriſdictio re in-
tegra ſit effectualiter penes delegantẽ: ⁊ p mortẽ
ipſius extingat iuriſdictio ſua p ꝯ̃ñs extinguit
poteſtas delegata: qꝛ extincto iure autoris extin
guit ius ſucceſſoris: arg. i. l. lex vectigali. ff. de pi-
gno. Sed per exercitiũ iuriſdictiõis ante mortẽ
delegãtis iuriſdictio radicat in perſonã delega-
ti. ita ꝙ efficaciter trãſiuit in eũ: ideo morte ipſiꝰ
7 non extinguit iuriſdictio. ¶ † Sed circa ꝑdicta
o dubitat qd in iuriſdictione delegata ᵒ ad vniuer
ſitatẽ cauſarũ nũquid iuriſdictio expirat morte

a ¶ Remanet iudex. Add Abb. conſi. lxxxvij.

Sebaſt. Sapia.
b ¶ No. primo. Vide Ro. in cõſi. in l. ſi. §. ſed ſi qs. ff. de dona. Alex. in l. fundi venditor. colũ. ij. ⁊. iij. ff. de acq. poſ. ial. poſt Alexã. in. l. eius. ff. ſi cert. pe. Bal. in ꝯſil. clxx. incip. ad euidẽtiam in prima pte. Cor. in cõſi. lxxxvj. circa primũ. col. ſi. i primo. vo. ⁊ So. i cõſi. lxxxvij. in ꝑ-ſenti. in. iiij. pte.

c ¶ Mortẽ mãdatoris. Add Cal. cõſil. iiij. hoc. e. ti. ⁊ viđ qñ nõ finiatur p Ro. ꝯſ. cñ.

d ¶ Finit mãdatũ. Et limita niſi reſpectu ſedis apoſtolice papa dlegaſſet qꝛ mortuo papa nõ expirat. c. ad abolẽdam. §. ſi. de here. ſm Bal. in. d. l. ⁊ qꝛ. vide Ang. q ſingul. limitat in. d. l. ⁊ quia.
Andr. barba.

Zacharias.
¶ Adde Alex. plene ⁊ Ful. in. l. more. col. iij. ff. de iuriſ. om. iu. Pe. de anc. et Semi. in. c. ſi. e. ti. lib. vj. bal. Rap. ⁊ Alexan. in alle. l. ⁊ qꝛ. ⁊ Spec. in tit. de iuriſd. om. ind. §. vj. ver. item mortuo. ⁊ ſeq.

e ¶ Radicat. limita niſi eſſet acceſſoria vt i vicario epi qui lꝫ habeat ordinariã tñ mortuo epo expirat. gl. i cle. j. de of. vi.

And. barba.
f ¶ Simpliciter. adde qđ voluit roma. conſi. lix.

Sebaſti. Sapia.
g ¶ Exprimat. vide Moder. i. l. et ſi pretor. ff. đ offi. eius cui manda. eſt iuriſdi. ⁊ Feli. in. c. j. ſi. eo.

h ¶ Delegamus.

Adde Ang. cõſil. ccxiiij.

i ¶ Autoritate noſtra. adde ro. ꝯſi. ccxxxv. ⁊ melius cclxxxv. vbi ponit ĩtellectũ. c. qꝛ fruſtra. vbi illa verba. et tñ dicit ꝙ habet locũ in ordinario.

k ¶ Delegatũ. Vide qđ pulchre dicit Bar. in. l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. fa. et Bal. in d. l. ⁊ qꝛ.

Andr. Barba.
l ¶ Etiam gl. certe tex. ibi probat contra illam gl. vide ibi domi.

Andr. barba.
m ¶ Juriſdictio. no. ꝙ ſubdelegãdo qs vtit iuriſdictiõe ꝯ̃ not. i. c. paſtoralis. đ reſc. vbi habẽs habitũ iuriſdictionis ⁊ nõ vſum ſubdelegat. ergo ſubdelegare non eſt iuriſdictiõis. viđ Ang. in. d. l. ⁊ qꝛ. vide do. Abb. in c. ſeq. ꝯ̃ gl. d. c. ſi a ſubdelegato.

Andr. barba.
n ☞ Dicto. c. licet. Bar. in. d. l. et qꝛ. dicit ꝙ. c. lꝫ cãm. probat veritatẽ. vide ibi Ange. q dicit ꝙ de cõſuetudine ita ſeruat ꝙ reqꝛit citatio.
Andr. barba.

Sebaſti. Sapia.
o ¶ Juriſdictione delegata. vide q̃ not. Mo. i. l. more. ff. đ iur. om. iudi. vbi ponũt qd plus habeat delegatꝰ ad vniuerſitatem cauſarũ ꝙ̃ dlegatꝰ ad ſingularẽ cauſam de quo etiã late tradit Soc. l repe. l. j. ff. quis et a quo appel.

a ¶ Dicta.l.⁊ q̄.
Bal.tʒ ꝯ̄rium in
d.l.⁊ q̄.vide q̄ re
miſi ad Bar.i.l.
fundi.ff.de acqr.
poſſeſ.vbi d̄ hoc.

Andre.barba.
b ¶ Nunti⁹ exeq.
Adde Bal.cōſi.
lxj.⁊ vide nouiſ.i
l.fundi.ff.de acq.
poſſeſ.

c ¶ Cōſiliū ſem-
pronij.Adde qd̄
Ro.cōſi.cxix.di-
cit φ mādatū nō
finit̄ morte mā-
dātis,fauore pie
cauſe etiā re in-
tegra.

Anto.Frāc.
d ¶ Ad perpetuā
dā.p quos actus
ꝑpetuet̄ iuriſdi-
ctio:⁊ an d̄ neceſ-
ſitate ad illi⁹ ꝑpe
tuationē reqrat̄
lit.cōteſt.vide q̄
hic plene ſcripſi.
vbi tenui φ iuriſ
dictio ꝑpetuat̄ p
quēcūq; actū ēt
citeriorem a cita
tione qui nō pōt
exerceri abſq; iu
riſdictiōe puta p
electionē notarij
⁊ hoc p iſtū text.
et p tex.in.l.et q̄.
ff.de iur.omniū
iudi.ibi dū dicit
tex.geri cepit ⁊c.
q̄ vt dixit Bart.
in.d.l.et q̄.et ibi
plene p alex.i.x.
col.p ſolā citatio
nē iuriſdictio ꝑ-
petuat̄,de quo ēt
p Bal.⁊ in.l.ſi.C.
de pſcri.xxx.an-
no.⁊ p Alex.in.l.
j.ff.de iuriſd.om.
iud.⁊ in.l.ſi quis
poſtea.ff.de iud.
et p gl.in cle.j.de
iud.an aūt ꝑpe-
tuet̄ pactū nullū
vide Bald.in.l.ſi
pr̄.C.ne de ſtatu
defun.⁊ cōcluſio
eſt φ nō ꝑpetuat̄
⁊ ideo pōt reuo-
cari p delegātē:
vt eſt glo.in.c.cū
plures.hoc.e.ti.
qd̄ ē verū tacite.
ſ.p mortē ipſius
delegātis nō aūt
expreſſe p glo.in
c.venerabili.hoc
e.tit.quam rom.
dixit ſingularē
in ſuis ſingu.per
alphabetum.in
ver.iuriſdictio.

cōcedētis.nō recolo de preſenti vidiſſe:ſed credo
φ expiret.adduco tex.p locū a ſpāli in.c.ne aliq.
de here.li.vj.vbi dr̄ φ officiū inquiſitorū heretice
prauitatis nō expirat etiā re integra per mortē
cōſtituētis fauore fidei.ergo ceſſante fauore fidei
expiraret talis iuriſdictio ⁊ tn̄ inqſitores ī certa
ꝓuincia habēt ſubdelegatū ad vniuerſitatē cau-
ſarum vt no.Jo.an.in.c.per hoc.eo.tit.lib.vj.Et
quāq; iuriſdictio delegata ad vniueſitatē cauſa-
rū ī multis exparet̄ iuriſdictiōi ordinarie: iuxta
no.per gl.⁊ Bar.in.l.ſi vni.ff.de re iudi.tn̄ in oīb⁹
non cōueniunt maxime vbi ſubeſt diuerſa ratio
nā ratio extinguēdi iuriſdictionē delegatā quo
ad particularē cām militat in iuriſdictiōe dele-
gata ad vniuerſitatē cauſarū quia iuriſdictio re-
manet penes delegātē ⁊ noīe ꝓprio iſte nihil hʒ
vt in.c.ſane.ſ̄.e.⁊ in.l.j.ff.de offi.eius cui man.eſt
8 iuriſ.¶ † Hinc eſt φ de foraneo vicario appellat̄
ad epm q̄ ille hʒ delegatā lʒ ad vniuerſitatē cau
ſarum:ſecus in vicario generali epi q eſt ordina-
rius:⁊ facit idē conſiſtoriū cū epo:vt no.in cle.⁊ ſi
principalis.de reſcri.⁊ in.c.romana.de app.li.vj.
9 ⁊ in.c.ij.de conſuetu.eo.lib.¶ † Item limito not.
omnia predicta φ expirat mādatū p mortē mā-
datoris qn̄ per dationē mādati datur noua pote
ſtas ad actū ita φ in exercitio actus mādatari⁹
gerit vicem mandatoris.ſecus aūt in p̄cepto qd̄
fit alias habēti poteſtatē.nā cū nō dat̄ noua po-
teſtas ſed potius excitetur antiqua vt in.c.lʒ.⁊ in
c.pe.de offi.ordi.ceſſat rō ſupra dicta extinguēdi
mādatū.vn̄ recipiēs p̄ceptū tenet̄ illud adimple
re nō obſtāte morte p̄cipiētis.de hoc eſt tex.iun-
cta gl.i aut.vt nulli iudicū.§.et hoc vero iubem⁹.
ſentit Hoſti.in.c.qm̄ abbas.ſ̄.eo.⁊ tenet Bart.in
a d.l.⁊ q̄.[a] Et per hoc dixi φ ſi iudex mādauit nū-
tio vt mitteret aliquē in poſſeſſionē lʒ iudex mo-
b riat̄ re ītegra tenet̄ nihilomin⁹ nūti⁹ exeq [b] mā-
datū qd̄ no.Ex quo infert̄ φ etiā ſi preceptū fiat
alias habenti poteſtatē ſiue iuſſum precipientis
nihilomin⁹ ex quo non fit noua delegatio tenet̄
recipiens preceptū exequi.pro hoc allego bonū
tex.in.c.eam te.de reſcrip.vide etiam per Spe.q
firmauit hāc opi.ti.j.§.reſtat.ver.itē mortuo mā-
datore.vbi plus dicit φ ſi mādat̄ aliquib⁹ vt eli-
gant cū conſilio ſempronij licet moriatur preci-
piens tenētur nihilominus iſti mādatarij in ele-
c ctionis actu requirere conſiliū ſempronij [c]:⁊ per
hoc habes declaratū ⁊ multipliciter limitatum
intellectum huius capituli.
1 ☞ Juriſdictio delegata ꝑpetuat̄ p citationē.
vide in nu.3.vbi ponitur per q̄ citatio requirat̄.
2 Statuta ⁊ alie diſpoſitiōes ſunt reducēde ad cō-
cordiam etiam per ſubauditos intellectus.
4 Citatio per edictū debet fieri vbicunq; neſcitur
quis ſit citandus.
5 Juriſdictio delegata nō perpetuatur per ſimpli
cem ſubdelegationem.
6 Appellans cenſet̄ renūtiaſſe appellationi ſi liti-
gare nō deſinit corā iudice a quo in illa cauſa: et
intellige appellationi interpoſite ſecus interpo
nende:vide ibi nu.7.duas no.limitationes.
8 Fundare nemo ſe pōt ſup actu quē improbauit.
9 Dictio quaſi eſt diminutiua.
10 Juriſdictio delegati re integra finitur per mor-
tem delegantis nec valet ꝓceſſus poſtea agitat⁹
licet delegatus ignorauerit mortem delegantis.
11 Communis error an faciat ius.
Prelatus qui communiter reputatur ſi non eſt:
geſta per ipſum non tenent.

1 GRatum. ¶ † Si delegatus
citauit an̄ mortē de
legnntis ꝑpetuata eſt iuriſdictio.hoc
primo.Et appellatiōi renūtiat q corā
iudice a quo appellauit litē proſequit̄.hoc ſecun
do.Cōis diuiſio.ſecūda ibi:nos.⁊ quelibet pars
ſubdiuit̄ ī duas:vt ptʒ ex tex.¶ Caſus literalis.
cauſa quedā cōmiſſa fuit iudici delegato ipſe ſta
tī citauit partes.lis vero cōteſta.fuit poſt more
delegātis.querebat̄ vtrū poſſit poſtea in cauſa
procedere delegat⁹.Secūdo ponit̄ alia queſtio.

Ecce aliqs appellauit a iudice poſtmodū petijt
terminum ad producendos teſtes ⁊ atteſtatiōes
receptas petijt poſtmodū publicari.q̄ritur an
huic appellationi renuntiaſſe intelligat̄.Ad pri
mā qōnē rn̄.papa φ citatione facta negotiū eſt
quaſi ceptū,⁊ p̄cipue ſi delegatus nō ſit cert⁹ de
obitu delegantis:vn̄ legitime pōt in cā ꝓcedere.
Jn ſecūda qōne rn̄det φ ſi vera ſunt p̄miſſa ap-
pellatiōi renūtiaſſe videt̄.Ber.¶ Not.prīo text.
d expreſſum φ ad ꝑpetuādā [d] iuriſdictionē delega
tam ante mortē delegātis nō requirit̄ neceſſario
lit.cōteſt.⁊ ſic iſtud.c.corrigit precedēs ſm Tan.
et Hoff.vel dic melius qd̄ potius interp̄tatur:vt
ſic per iſtū tex.ſuppleat̄ ad capl'm precedēs ma-
xime.nā ſi ille tex.ex toto eſſet correct⁹ nō fuiſſet
poſitus in iſta cōpilatione vt.ſ̄.in proe.hui⁹ cō-
2 pilatiōis.¶ † Et ex hoc dic φ ſi in eo volumine
ſtatutorū reperiunt̄ duo ſtatuta fere ꝯ̄ria dʒ eui-
e tari correctio [e] quātū pōt ⁊ reduci ad cōcordiā p
ſubauditionē.p hoc tex.in.l.ſciendū.ff.q ſatiſda.
cog.iuncta aut.offerat̄.C.de lit.conteſta.⁊ qd̄ ibi
no.⁊ vide pulchre p Bar.in extrauagan.ad repri
3 men.in ver.nō obſtātib⁹.¶ † Scd̄o no.ibi:ꝓpoſi
to citationis edicto.nā p iſtū tex.ꝓbo vltra alias
opi.q̄ habēt φ ad ꝑpetuandā iuriſdictionē nō re
quirit̄ φ citatio perueniat ad partes.ſatis em̄ eſt
φ emanauerit a iudice:ita tenet gl.no.in cle.ij.vt
f lit.pen.[f] ⁊ ad hoc ego adduco iſtū tex.in v̄bo ꝓ-
poſito edicto.nā alias fiebāt citationes p edictū:
q̄ ſcribebat̄ edictū in albo p̄toris:nec aliud req-
rit iſte tex.hodie vero prohibetur regulariter ci-
tatio p edictū.dʒ em̄ ſpecifice fieri per nuntiū ſeu
literas de quo vide plene qd̄ no.in cle.j.de iudic.
4 ¶ † Vnū tn̄ no.dictū Jnn.tenebis mēti qd̄ vbi-
cunq; neſcit̄ qs ſit citād⁹ adhuc hodie hʒ locū ci-
g tatio p edictū [g] pro hoc.c.ſi.q ma.accuſare pn̄t.⁊
in.c.ſignificauit.⁊ in.c.albericus.de teſti.¶ Not.
iij.ex ratione litere.ibi:negotium ſit quaſi ceptū
φ ad hoc vt ꝑpetuetur iuriſdictio delegati de-
bet negotiū ꝯmiſſum eſſe ad minus quaſi ceptū.
5 ¶ † Et no.q̄ dicit negotiū.p hoc infert̄ qd̄ per
ſubdelegationē nō ꝑpetuat̄ iuriſdictio.q̄ p hoc
nō eſt negotiū ꝯmiſſum ceptū nec quaſi:lʒ aliud
h dixerit gl.[h] in.c.ſi a ſubdelegato.de offic.delega.
lib.vj.ſʒ primū plus placet:nec ob.qd̄ ſubdelegā
do vtatur iuriſdictione:q̄ vtit̄ non delegata ſed
ordinaria:⁊ probat̄ aperte in.c.paſtoralis.in pri.
ſ̄.eo.vbi dicitur quod iuriſdictio dandi iudicē a
delegato a principe eſt a lege cōceſſa:vnde pon-
dera illud verbum a lege:nā lex dat ordinariā.vt
dixi in.c.precedenti.itē p̄ſuppoſito ſed nō cōceſſo
φ vteretur delegata:tn̄ ſatis eſt qd̄ nō fuit vſus
circa negotiū cōmiſſum:nā debet negotiū eſſe ce
6 ptū:vt hic.⁊ adde iſta ad no.ſ̄.c.proxi.¶ † Item
no.φ appellans renūtiat appellationi ſi poſtea
i litigat corā iudice [i] a quo:q̄ per actū contrariū
ſubſequentē renūtiatur actui p̄cedēti vt in.c.ſoli-
citudinē:de app.⁊.xxxij.q.j.cū renūtiat̄.⁊ hoc in-
tellige in appellatione interpoſita nō aūt ꝓcedit
indiſtincte in interponēda.vnde ſi grauat⁹ intra
tp̄s ſibi p̄fixū ad appellandū litigat corā iudice
non per hoc renūtiat facultati appellādi:q̄ pōt
interim deliberare:ita ſentit Jnno.in.c.ſolicitu-
dinē.de app.ſed tu limita vt ibi et vide p Jo.an.
in.c.ſi.de app.lib.vj.⁊ ho.tex.cū ibi no.in.l.ad ſo-
lutionē.C.de re iudi.¶ Sed quero text.iſte loq
tur qn̄ appellans petijt inducias.item poſtmo-
dum renūtiauit ꝓductioni ⁊ allegationi.⁊ petijt
atteſtationes ſolēniter publicari:quid ſi alterum
tantū feciſſet:q̄ ſolū petijt inducias vel ſolum pe
tijt atteſtationes publicari.Sol.dicit Jnnoc.qd̄
idē,nā per hoc apparet qd̄ voluit redire ad prio
rem iudicē.dicit Hoſti.qualitercūq; appellans
egit corā iudice priori.⁊ hoc tene q̄ ſemp ſubeſt
7 ratio predicta.¶ † Hec limita niſi act⁹ q poſtea
geritur corā iudice a quo veniat ad augmentan
dum deſideriū appellantis:ideo dixit glo.nota.
in.c.ſi a iudice.de ap.li.vj.qd̄ ſi appellans compa
ruit corā iudice a quo:⁊ petijt etiā reuocari gra-
uamen:⁊ ad ꝓbandū grauamē producit teſtes:
non

e ¶ Euitari cor-
rectio.vid̄ Bar.
in.l.j.§.deniq;.ff.
quod vi aut clā.
And.Barb.

f ¶ Vt lit.pē.Ad
de Roma.conſi.
cccxxx.

g ¶ Per edictū.
Adde Paul.de
ca.cōſi.clij.in pri
mo impreſſis.

Sebaſt.Sapia.
g ¶ Per edictū.
Qn̄ fiat citatio p
edictū:vide Ale
xā.in cōſi.ciij.in-
cip.pſpectis.in
v.vol.⁊ in conſil.
v.incip.in cā.col.
j.in.ij.vol.And.
ſicu.in ꝯſil.xviij.
col.iij.in.j.vol.et
pulchre per Ri
minaldū Ferra
rieñ.in.l.ſi pacto
quo penā.col.ij.
i ſi.C.de pactis.

h ¶ Dixerit glo.
Vide contra illā
gl.tex.cū ſua gl.
in ca.paſtoralis.
de reſcrip.

Andre.Barba.
i ¶ Corā iudice.
Adde do.de ro.
d̄ci.cccclxxiij.in-
cip.ſi ille q a ſen-
tentia.in nouis.
de ap.vbi dicunt
φ producēs iu-
ra ſua corā iudi-
ce vt nō ꝓcedat
ad executionem
ſentētie φ nō vr̄
renūtiare appel
latiōi:ſecus ſi ali
qd peteret φ nō
poſſet niſi p iudi
cem expediri.

non per hoc videṫ appellationi renuntiaſſe: qꝛ nihil directe egit cōtra
appellationē ſuam: qꝛ ꝑ appellationē inſtat vt reuoceṫ grauamē. ⁊ ad
hunc effectum poſtea inſtitit corā iudice a quo. Adde aliā ſolēnē limi-
tationē poſt eā q̃ colligiṫ ex. c. cū veniſſent. de eo q mit. i poſ. in gl. i v̇bo
obtulit. ⁊ no. illā gl. que ſingulariter dicit ꝙ ſi act⁹ geſtus poſt appel-
lationē corā iudice a quo non fuit approbatus in iudicio ꝙ tunc ꝑ illū
8 actū nō vṙ renuntiaſſe appellationi. † quia non potuit iudex vel pars
a ſe fundare ſuper eo qđ impugnauit[a]: vt in regula ex eo. de reg. iu. lib.
vj. ⁊ in. c. cū olim. de cēſibus. optime facit tex. in. c. mulieri. de iureiurā.
¶ In gl. j. ibi: legitimas exceptiōes. dic. ſ. declinatorias: vt in. c. paſto-
ralis. de excep. ⁊. c. inter monaſteriū. de re iudica. ⁊ in. l. fi. C. de excep. ⁊
dic clarius q̄ʒ gl. ꝙ ꝓprie ⁊ ſtricte negotiū diciṫ ceptū ꝑ lit. cōteſt. ⁊ tūc
partes ingrediunṫ principale negotiū. prius eñ pōt diſputari de legi
timitate ꝑſonarū: ⁊ ꝑ exceptiones declinatorias poſſet differri nego-
tiū principale: vt i. d. c. paſtoralis. ꝑ citationē aūt negotiū nō eſt ꝓprie
ceptū quo ad effectū ſupra dictū. ideo tex. dicit ꝙ eſt quaſi ceptū: nam
quo ad ꝑpetuādā iuriſdictionē pōt dici ceptū: qꝛ iudex cepit vti iuriſ-
9 dictiōe. ¶ † Et no. ex hoc text. ꝙ dictio q̃ſi[b] diminuit ex ꝓprio ſigni-
b ficato ſignificatū eius ad qđ adijciṫ. ⁊ vide gl. de hac dictione quaſi in
c. parochianos. de deci. ⁊ ho. tex. cū gl. in. l. in facto. ff. de cōdi. ⁊ demon.
qñq̄ʒ tñ eſt expreſſiua veritatis: ⁊ tūc poniṫ ı̄proprie: vt no. gl. in. c. put
de do. ⁊ contu. Et in eo ꝙ gl. ꝯnr annectit an ceptū re integra trāſeat
in heredem actiue ⁊ paſſiue. aliquid dicit hic Hoſt. ⁊ min⁹ ꝑfecte. ſed
tu dic vt plene dixi in. c. ſignificauit. de reſcri. ¶ In glo. ij. in fi. no. gl. ⁊
10 clarius hoc tenet in. c. cū veniſſet. j. de teſti. ¶ † Et cōcluſio ſit iſta: ꝙ ꝑ
mortē delegātis re integra expirat iuriſdictio delegati nec vʒ ꝓceſſus
c poſtea agitatus[c] ꝫ delegat⁹ ignorauerit mortē delegantis: qꝛ igno-
rantia nō pōt tribuere iuriſdictionē nō habēti: vt in. l. priuatorū. C. de
iuriſ. om. iu. c. ſignificaſti. de foro cōp. Itē iura loquunṫ indiſtincte: er-
go nō debem⁹ facere differētiā inter ignorātiā ⁊ ſciētiā. xix. di. ſi roma-
norū. c. ſolite. de maio. ⁊ obe. ⁊ per hoc rōnē hāc tenuit Bar. in. l. ⁊ qꝛ. ff.
de iuriſ. om. iud. ⁊ refert Inn. tenuiſſe contrariū in. d. c. ꝫ. ſed primum
dictū ſequunṫ cōiter doc. hic: ⁊ in. d. c. cū veniſſet. nō ob. cōtrariū glo. d.
l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. quia fatendū eſt ꝙ mādatū procu-
ratoris reuocaṫ re integra ꝑ mortē cōſtituētis: vt in. l. mādatū. C. mā.
cle. fin. de ꝓcu. ⁊ in. §. recte. inſti. mā. ſed ne ꝓcurator ignorās dāno affi-
ciaṫ habeat actionē mādati vt recuperet expēſas ⁊ ſerueṫ indēnis ab
omni intereſſe. vt. l. ſi mandaſſent. ff. man. Itē mādatū ꝓcuratoriū eſt
bone fidei, iuriſdictio vero delegata eſt ſtricti iuris: ideo ſm Inn. lar
11 gior interpretatio fit in illa q̄ʒ in iſta. ¶ † Poſſet inſtari vltra doct. de
l. barbarius. ff. de offi. ꝓto. vbi apparet ꝙ cōis error litigātiū facit ſen-
tētiā valere. ad idē. iij. q. vij. §. tria. v̇. verūtamē. Sol. ſi teneṫ opi. Inno.
in. c. cū dilecta. de reſcri. ꝙ illa. l. nō habet locū in delegato ceſſat cōtra
rium. ſed ſi teneremus cōtrariū qđ eſt veri⁹ vt ibi dixi. dic quod ibi nō
interuenit ſolum error cōis: ſed emanauit officiū ab habēte poteſtatē
et durauit iuriſdictio ipſius committentis. vt not. Inn. c. nihil. de ele.
Sed in caſu noſtro extincta iuriſdictiōe remāſit ſolus error q nō pōt
tribuere iuriſdictionē. Et ideo ſi qs emit rē a prelato intruſo q nullū
habuit titulū a ſuperiore ꝫ cōiter putareṫ prelat⁹ nō tñ iſte cōis error
facit contractum valere: vt in. c. alienationes: ⁊ ibi per Arch. xij. q. ij. ⁊
per Inn. in. d. c. nihil. de elec.

1 ☞ Clauſula ꝙ ſi omnes ⁊c. operatur ꝙ tūc vn⁹ pōt ſine alio, qñ certum eſt ꝙ alter eſt impeditus: alias ſecus. vide in nu. 2.
3 Clauſula omnes aut duo ⁊c. denotat ꝙ alij poſſunt cognoſcere licet non conſtet de impedimento conſortum.
Clauſula ſi oēs nequeritis ītereſſe tu frater epē ꝓcedes, qd importet.
4 Opinio in quam concurrunt plures doctores eſt tenēda: niſi probabilibus rationibus conuinci poſſit.
5 Forma certa procedēdi vbi daṫ ꝓceſſus corruit non ſolū qñ eſt attentatum contra formā, ſed etiam citra vel preter formam.
Citatus ab vno ex delegatis nō conſtito de impedimēto alterius an teneatur comparere. 16. 17.
7 Iudices plures vel habētes aliquā poteſtatē an poſſint illā exercere omnes inſolidū vel debeant in ſimul conuenire. vide pleniſſime ⁊ melius q̄ʒ alibi: ⁊ loquitur tam de ordinarijs q̄ʒ de delegatis.
8 Collegiū conſiſtit in duabus partibus omniū, niſi ſit ſtatutus certus numerus vt interſit.
9 Scholaris ſufficit ꝙ approbetur a ſeptem doctoribus.
10 Maior ꝑs diciṫ ⁊ cōſideratur nō ſolū reſpectu numeri ꝫ dignitatis.
11 Iudiciū ceptū corā vno ex ordinarijs parē iuriſdictionem habētibus non poteſt coram alio finiri niſi dato imperio primi.
12 Heredes vnius domini habentis iuriſdictionē an ipſi habebūt inſolidum an debeāt ſimul conuenire.
13 Iuriſdictio que competebat vni ſoli an ſit indiuidua reſpectu pluriū ſucceſſorum.
14 Tutores et curatores vel eorū actores vnius populi vel adminiſtrationis an poſſit vnus vel debeāt oēs inſimul adminiſtrare vel aliquē actum expedire. vide etiam de pluribus procuratoribus.
15 Executores teſtamentarij ſi ſint plures dati an vno nolente intereſſe vel mortuo poſſit alter exequi.
16 Citatio nulla et temeraria non arctat citatum.
18 Citatio prima facie iniuſta non arctat citatum. niſi iudex iuſtificauerit citationem.
19 Sententia nulla an poſſit ratificari. Ratificatio an ⁊ qñ retrotrahaṫ ad actū nullū.
20 Aliqui ex delegatis nō poſſunt ſoli in cauſa procedere etiam parte volente.
21 Nuntijs an et quando detur fides.
22 Impedimētū ſi allegeṫ ꝫ nō ſit: ⁊ fuerit pronuntiatum impedimentum eſſe: pronuntiatio valet.
23 Delegatus qui habet proficiſci extra ſuū domicilium an habet expenſas.
24 Sententia lata nō viſis videndis nō valet: licet poſtea apparet ꝙ illa que erant videnda nō faciant ad rumbum.

1 PRudentiam. ¶ † Si cā dele-
gatur tribus cū clauſula, qđ ſi nō oēs
duo veſtrū ⁊c. niſi prius appareat de
impotētia tertij duo ꝓcedere nō poſſunt ⁊ ſi ꝓce
dunt nihil agūt. h. d. vſq̄ʒ ad. §. adijcimus. Et di-
uiditur iſtud principiū, nā format duas qōnes.
ſecundo ſimul illas ſoluit ponēdo rationē decidē
di. et ſcđa ibi: in hoc caſu. ¶ Caſus literalis. In
prima ꝑte poniṫ talis qđ. Ecce cā cōmittitur tri-
bus iudicibus cū tali clauſula ꝙ ſi omnes inter
eſſe nequiuerint duo nihilominus in cā ꝓcedāt:
duo illorū tātū citāt reū. queritur vtrū ille tenea
tur venire. poſt iſtā queſtionē ſtatim facit aliam
queſtionem: iudices citant reū in termino cōſti-
tuto cōparuit corā duob⁹ tertio abſente nec ſe ex
cuſante nec cōmittēte vices, queriṫ vtrū duo ꝑre
ſentes poſſint in cauſa procedere ⁊ eā ꝑ ſententiā
diffinire. Ad primam queſtionē nō reſpōdet pa-
pa directe: ſed reſpondendo ad ſecūdā intelligiṫ
prima ſoluta. dicit papa quod cū aliqs nō oſten-
derit legitime ſe cum alijs intereſſe nō poſſe vel
alias ꝯſtare canonice nō poterit. alij in cauſe co-
gnitiōe procedere nō debēt: qđ ſi fecerint nō va-
lebit qꝛ integrū eſt iudiciū: qđ plurimorū ſenten-
tijs cōfirmaṫ. Et papa libētius cauſam cōmittit
duobus q̄ʒ vni: ⁊ tribus q̄ʒ duob⁹: ⁊ qui cōtra fa-
cerent formā reſcripti nō ſeruarēt. per hoc intel-
ligitur prima queſtio ſoluta: qꝛ ſi tres citāt par-
tes ⁊ duo illorū tertio abſente procedere nō ꝑſit:
ergo ⁊ ſi duo tm̄ citāt re⁹ ad citationē eoꝝ venire
nō teneṫ. Ber. ¶ Not. ex principio ibi: ſupplicas
informari. ꝙ intellectus hominis diciṫ informa-
ri ex reſpōſione iuris: vnde ſicut anima informat
corpus. vt in cle. j. de ſum. tri. cum gl. ita ſciētia in
format intellectū. vnde videṫ ꝙ intellect⁹ homi-
nis ſine ſciētia pōt dici ſine forma quaſi ſit quedā
materia inutilis. Hinc merito dicit Cice. i li. of- d
fi. qđ multi ſunt homines ⁊ pauci ſunt homines:
multi ſunt homines nomine ⁊ pauci re, ad deno-
tandū ꝙ proſus ignari non merētur dici hoīes
d ſed poti⁹ imagines hominū[d]. ſicut in ſimili dicit
tex. ꝙ multi ſunt ſacerdotes ⁊ pauci ſunt ſacerdo
tes: multi noīe ſed pauci effectu: vt. gl. di. multi. et
ex his v̇bis ſcholaris dʒ ſumere formoſum mo-
dū conſulēdi doctorē petēdo. ſ. informari de du-
2 bijs in iure conſiſtentibus. ¶ † Not. ij. effectum
iſtius clauſule: ſi omnes nequiuerint intereſſe ⁊c. e
importat eñ hunc effectū vt reliq poſſint ꝓcede
re tertio nequeūte intereſſe. tñ anteq̄ʒ conſtet de
e impedimento tertij nō ꝑñt[e] inſolidū reliq ꝓce-
dere ſic exercitiū iuriſdictiōis nō eſt penes plu-
res delegatos iſolidū: ſed ita eſt apud oēs vt nō
3 ſit penes ſingulos. de quo infra latius. ¶ † Aliū
effectum habet clauſula oēs aut duo veſtrū aut
vnus ꝓcedat: nā vbi apponiṫ hec clauſula q̃ ho-
die eſt multum in vſu romane curie quilibet pōt
ꝓcedere licet non cōſtet de impedimēto cōſortū.
de hac clauſula dic vt plene habeṫ et no. in. c. cum
plures. j. eo. lib. vj. Quādoq̄ʒ apponitur clauſula
denotans prerogatiuā: vt cū dicitur ſi oēs nequi
ueritis intereſſe tu frater epiſcope procedes: nā
alij ſine iſto ꝓcedere nō poſſunt: ſed iſte ſine alijs
ſic dato impedimento. de quo in. c. coram. j. e. tit.
4 ¶ † No. iij. ibi: integrū ſit iudiciū ⁊c. ꝓſumēdum

a ¶ Impugnauit. Adde Ro. cōſil. clxvij. et. lix. vbi dicit qđ cōfeſſio impugnata ꝑin dicē nō opitulaṫ.

b ¶ Dictio quaſi. adde Ol. cōſi. clv.

Anto. Franc.

¶ De hac dictiōe q̃ſi. dicas ꝙ ſi apponaṫ in ſtatutis nō denotat improprietatē: ꝫ ꝓprietatē: vt ſin. voluit Bar. i. l. ſi in rixa. in vlt. col. in prin. ff. de ſica. ⁊ in. l. ſi diuortio. in. §. ſi fundū. i. j. opp. poſt Dy. ff. ſol. ma. aliqñ etiā denotat ꝓprietatem ⁊ veritatē vt no. in. l. j. de trāſa. et in. l. luci⁹ titi⁹. in fin. ff. de admi. tut. et vide Bal. i l. in ſuis. ff. de lib. ⁊ poſth. vbi dixit ꝙ dictio q̃ſi: ⁊ dictio quemadmodū. eſt no. improprietatis ⁊ diminutiōis ⁊ alle. l. ſi cū dotē. i. §. fi. hic alle. ⁊ l. ſi qs. ff. đ condi. et demon.

☙ Sebaſt. Sapia.

c ¶ Poſtea agitatus. Vide late ꝑ Alexā. i. l. ei⁹ q in ꝓuincia. ff. ſi cer. pe. vbi ēt Paul. de ca. ⁊ moder. et late ꝑ moder. in l. more. ff. de iuriſdi. om. ind.

d ¶ Imagines hominū. Adde ꝙ dicit Laerti⁹ de quodā philoſopho cū vidiſſet hominē indoctū ſedētē ſup lapidē: dixit lapis ſuper lapidem.

e ¶ Non poſſunt. Adde ꝙ hoc fallit in beneficialibus: qꝛ ſi in vero duo nō velint vel nō poſſint ꝫ nō cōſtet terti⁹ ꝓcedere pt ſm Ro. ſing. ſuis ꝑ tex. in ca. veritatis. viij. diſ. ⁊ ꝑ dictū Inno. in c. dilectus. đ app. ⁊ ita dicit tenere Do. de ro. dec. ccccliix. eſt in nouis. clxvj. inci. ſi duo ex tribus. hoc eo. tit.

eſſe pro pluralitate doctorū ⁊ iudicū. vn̄ ſnia vel
opi. videꝛ firmior ⁊ verior qn̄ plurimorū iudicio
eſt confirmata. nam facilius inuenitur qd a plu-
ribus ſapiētibus queritur vt in. c. de quibus. xx.
di. Hinc Salomon in ꝓuerbijs ſuis. Diſſipātur
cogitationes vbi non eſt conſiliū: ⁊ ibi ſalus vbi
multa cōſilia. Et ex hoc infertur qualiter ſit iudi
candū qn̄ dubiū eſt poſitū in conflictu opinionū
debemus em̄ illā opi. amplecti in quā plures do.
a inclināt.[a] hoc verū niſi illa opi. poſſit ꝯuinci ꝓba
bilibus rōnibus vt dixi poſt Jo. an. in. c. j. de cō-
ſti. ⁊ dic vt ibi: ⁊ faciūt ꝑdicta ꝙ magis ſit ꝓſumē
b dum pro cōſilio[b] alicui⁹ collegij doc. ꝗꝫ pro cō-
5 ſilijs particularibus. ¶ † Not. ibi citra formā ⁊c.
⁊ tene menti ꝙ vbi daꝛ certa forma procedēdi ꝓ-
ceſſus corruit nō ſolū ſi aliquid attētatur directe
cōtra formā. ſed etiā qꝛ verū eſt dicere iſtū exceſ-
ſiſſe fines mādati. ⁊ ſic not. ꝙ vbi daꝛ certa forma
c paria ſunt agere cōtra vel citra[c]: vide ho. gl. cum
tex. in. c. ſi cui. de ele. lib. vj. vbi quaſi idē ꝓbaꝛ. nā
ibi preter ⁊ citra equiparātur. ⁊ intellige qd dixi
citra formā qn̄ ad actū eſt data certa forma. ſed
vbi nō daꝛ certa forma eſt differētia vtrū agatur
cōtra vel preter vel citra. nā vide inſtātiā eꝑs nō
pōt ſtatuere contra ius: ⁊ tn̄ pōt ſtatuere ꝑter vel
citra ius: vt no. in cle. ne romani. de ele. vbi ho. gl.
plenius per Jo. an. in. c. ſi. de offi. archi. ¶ In gl.
ij. pro clariori intellectu huius gl. diuide eam in
quatuor partes principales. in prima opp. cōtra
tex. in eo ꝙ papa videtur hic fuiſſe diminutus in
nō rn̄dēdo ad primā queſtionē, ſed ſolū ad ſecun-
dam. hinc ſumpta occaſione gl. examinat qd iu-
ris de prima queſtione vtrū citatus a duobus ex
tribus iudicibus teneaꝛ cōparere. et ꝓcedit hoc
ordine. nā primo allegat pro parte negatiua: ſe-
cundo pro parte affirmatiua. tertio ſoluit ſequē-
do partē negatiuā. Et rn̄det ad opi. ꝙ papa non
fuit diminutus: qꝛ ex reſpōſione ad ſcdam infert
ad deciſionem primi. ⁊ ſic iſta pars prima poſſet
ſubdiuidi in plures partes. in ſecūda parte prin
cipali gl. querit pone duo ex trib⁹ datis cū clau-
ſula citant partem ⁊ eſt dubiū nunquid ſi tertius
ſe excuſauit an in hoc dubio teneatur pars cōpa
rere ad citationē duorū: in tertia parte gl. querit
quid ſi duo proceſſerunt ſine tertio ante purifica
tionē clauſule nūquid tertius debet habere pro-
ceſſum ratū ⁊ ſic ex iſta ratihabitione ꝓceſſus cō
ualeſcat. In quarta parte gl. querit nūquid par
tes poſſint cōſentire vt duo poſſint ꝓcedere ſine
tertio ante purificationē clauſule. ⁊ ſcda ꝑs prin-
cipalis ibi. ſꝫ ſi tu ponas. tertia ibi: ſꝫ pone: quar
6 ta ibi: itē qd ſi partes cōſentiant. ¶ † Redeo ad
primā in quo Jo. an. poſt gl. concludit in effectu
quod citatus a duobus ex quo clauſulā nō con-
ſtat eſſe purificatā nō teneꝛ cōparere. ⁊ circa hoc
ponit notabilē differētiā inter poteſtatē ordina-
riorum ⁊ delegatorum. dicēs ꝙ plures ordinarij
habēt iuriſdictionē et exercitium inſolidum ita
qd vno abſente alius pōt procedere. ſec⁹ in dele-
gatis ⁊ in arbitris qꝛ licet iſti habeāt iuriſdictio-
nem inſolidū cum iuriſdictio ſit tanꝗꝫ res incor-
poralis et indiuiſibilis nō poſſit cōſiſtere ꝑ par-
te: tamen exercitium iuriſdictionis nō competit
iſtis inſolidum ⁊ apud oēs ſimul. ¶ Prio proſe-
quar qd in ordinarijs. ſcdo qd in delegatis. ⁊ ge-
neraliter qꝛ articul⁹ eſt pulcher ⁊ articul⁹ non hn̄
explicatur a canoniſtis hic vel alibi: aſſumo ali-
qua no. hic per doct. et plura annectam hic. et ex
dictis Bar. per doc. omiſſa et vide de materia ꝑ
Bar. in. l. j. §. ſi plures. ff. de exerci. ⁊ in. l. ſi vni. ff.
de re iud. aliquid in. l. inter tutores. ff. de admi. tu
to. ⁊ vide ho. gl. in. c. vt officiū. in verſi. ſeparatim
de here. lib. vj. ⁊ in. c. ij. de arbi. eo. lib. ⁊ iunge illas
ſimul qꝛ melius explicāt iſtū paſſum ꝗꝫ facit iſta
7 glo. ¶ † Et dic generaliter cū queriꝛ nunqd plu
res habētes aliquā poteſtatē poſſint illam exer-
cere inſolidū an vero debeant oēs conuenire. Et
d dic aut hec poteſtas[d] cōpetit pluribus vt colle-
gio: vt puta qꝛ collegium hꝫ iuriſdictionē vt ca-
pitulū vel priores huius ciuitatis: et tunc iuriſdi
ctio non eſt apud ſingulos nec exercitiū. ſed apd
corpus collegij fictum ⁊ repreſentatū per ſingu-
los ſimul collectū: vt i. c. irrefragabili. §. exceſſus.
⁊ qd ibi no. de offi. ordi. ⁊. xcij. q. ij. qui manumitti-
8 tur. ¶ † Vn̄ ad validitatē actus oportet qd ſaltē
due partes collegij ſint preſentes. l. nulli. ⁊. l. pla-
ne. ff. qd cuiuſꝗ vniuer. no. et in. l. iij. C. de decre.
decu. li. x. ⁊ valet quicquid facit maior pars iſta-
rum duarū partium. vt in. c. j. de his que fi. a ma
iori. par. ca. ⁊. l. quod maior. ff. ad muni. ⁊ vide ho.
gl. et tene menti in dicto. c. ij. de arbit. lib. vj. et eſt
ho. glo. iuris ciuilis. l. vbi abſunt. ff. de tuto. ⁊ cur.
da. ab his. ⁊ hoc verū niſi pluralitas vel numer⁹
ſit de ſubſtantia: qꝛ tūc nō ſufficiunt due partes
ſed requiritur numerus requiſitus a lege. Exē-
plum in numero epiſcoporum requiſitorum ad
depoſitionē epiſcopi vel alterius clerici. de quo
9 xv. q. vij. ſi autē. ⁊. c. felix. ¶ † Item exemplū ſm
verū intellectū in. vij. doc. requiſitis ad probatio
nem ſcholaris. nā cōmuniter teneꝛ qd ſint quot
velint doc. de collegio. requiriꝛ ad min⁹ qd ſcho-
laris approbetur a. vij. vt no. gl. in. l. magiſtros.
⁊ facit tex. in. l. ſi. C. de ꝓfeſ. ⁊ medi. li. x. et no. Joā.
and. in. c. j. de cele. miſſ. ſentit glo. in genere in. d. c.
ij. et hoc caſu quando iuriſdictio cōpetit plurib⁹
vt collegio: eſt dubium qualiter ſumatur maior
pars ſolum an reſpectu numeri an ſecundū aliā
cōſiderationem. Gl. multū not. in. d. l. vbi abſunt.
10 † Dicit quod non conſideratur hoc caſu maior
pars ſolū reſpectu numeri ſꝫ etiā reſpectu digni
tatis ⁊ probitatis. ⁊ ſequiꝛ Bar. in. d. l. ſi vni. quaſi
velit dicere qd ſi minor pars colegij eſt dignior
dignitate ſeu meritis: tunc facit maiorē. quod nō
e tradas obliuioni[e]. Sꝫ ego dubito an hoc dictū
ſit verū et puto ꝙ iſta duo requirantur copulati
ue quod ſit maior pars reſpectu numeri ⁊ etiam
dignior reſpectu meriti. vnde iura noſtra aperte
dicunt illud eſſe validum qd ſit a maiori ⁊ ſaniori
parte: ⁊ ſic copulatiue requirūtur illa duo. Pro
hoc. c. qꝛ ꝓpter. de ele. ⁊ in. c. eccleſia. j. et. ij. eo. tit. ⁊
hoc crederem verius. aut poteſtas cōpetit pluri
bus vt ſingulis et tūc quoddā eſt officium publi
cum autoritate ⁊ vtilitate: quoddā eſt publicum
autoritate ſed vtilitate priuatum: quoddā offi-
cium priuatū vtrinꝗꝫ tā. ſ. reſpectu autoritatis,
quam vtilitatis. Primo caſu quedā eſt poteſtas

a Zacharias. ¶ In quā plures doc. īclināt. dūmodo ſint numero ⁊ autoritate ſuperabūdātes. ita no. Bal. in. l. j. ff. de offi. queſto. et in. l. j. ff. de ſena. Ang. in. l. ſi idē. §. ſi. ff. de iu. om. iud. ⁊ Alex. conſi. vij. ⁊ conſil. xviij. vo. iiij. qd tm̄ limita vt per Lanfran. in. c. quoniam cōtra. §. teſtes. ver. quero nunquid in cā: et ibi in apoſtil. benedi. va. ⁊ celſi. ad ipſum. j. de fide iſtrumē. Et quid ſi nō appareat que ſit communior dic qd ſuperior eſt cōſulēdus. ita not. ma. mathe. in tracta. ſuo op. ⁊ in preal leg. l. j. de offi. qſt. ⁊ Pau. de ca. ꝯſ. lxxxviij.

❀ Sebaſti. Sapia.

b ¶ Pro cōſilio. adde tex. i. c. nouimus. de ver. ſig. ibi et quorūdam ſit opinio. et i. l. j. ff. de off. qſto. Feli. in. c. j. i vl. charta ⁊ in. c. ne innitaris. de ꝯſtitu. ſi tn̄ ꝑ aliquē adducaꝛ melior rō tūc diciꝛ cōis opi. c. j. in v̄. rationabili. de his q̄ ſiunt a ma. par. capi. c. ſi teſtes circa ꝑmū. i v̄. multitudinē. iiij. q. iij. vide deci. in cōſil. xxiij. in vlt. col. verſi. non ob. ſi dicaꝛ. ⁊ iaſ. i l. vt vim. col. pen. ff. de iuſt. ⁊ iu.

Zacharias.

c ¶ Cōtra vel citra. ita no. Bal. i l. cōparitiōes. colū. ij. C. d ſi. inſtr. ⁊ i. l. ſi tutor. C. in quib. cau. reſti. in integ. non eſt ne. ſꝫ aduerte qꝛ hoc nō eſt idiſtincte verū in for. tradita a iure: qꝛ ſi nō ſerueꝛ in abſolutione ab excōicatiōe forma iuris valebit tn̄ abſolutio vt no. Car. poſt gl. in cle. j. §. j. qd. vj. de ſeque. poſ. et in cle. j. qd. xxx. oppo. iij. de deci. ſec⁹ ſi ab homine. de q̄ tu dic vt per Bal. in. l. nō pn̄t. ff. d leg. ⁊ Alex. conſi. xxiij. volu. iiij.

Anto. Fran.

¶ Circa iſtas dictiōes: citra, cōtra, ⁊ preter. primo dicas ꝙ dictio citra: cū copula ꝑcedēti denotat cōtinuitatem tēporis: vt per Bar. in. l. celſus. in pe. col. circa ſi. ff. de vſuc. ⁊ per Bal. in. l. iudicia. C. de rei vēdi. ⁊ per Inn. in. c. inter dilectos. in. j. col. de ſi. inſtru. ⁊ p. d. Abb. in. c. j. in. iiij. col. vbi ēt ꝑ do. Ant. ⁊ Jmol. de proba. ⁊ per Lanfran. in. c. qm̄ cōtra. in verb. teſtes. de proba. quādoꝗꝫ etiā poniꝛ ꝑ cōtra. vt per Bal. in. l. falſus. i. iiij. col. in. iij. opp. C. de fur. De dictione antē cōtra quid importet habeꝛ in. l. cōtra iuris. in prin. ff. de pac. ⁊ per Cy. ⁊ doc. in. l. a calligato. C. de nup. ⁊ vide no. gl. i. l. duobus. in. §. ſi. ff. de iureiu. Et adde qd qn̄ꝗꝫ poniꝛ pro extra. ⁊ qn̄ꝗꝫ ponitur ꝑ citra vt in. c. in xp̄o patre. de cōſe. di. ij. ⁊ in. c. ſciendū. viij. q. j. et in c. operatur. iij. q. iij. De dictione aūt ꝑter, qn̄o ponaꝛ: hr̄ per Bart. in l. j. ff. de pig. act. ⁊ in. l. nā qd liquide. in. §. ſi. de pe. le. ⁊ ꝑ Bar. in. l. ſi tutor in. §. ſi tutor. de tut. ⁊ rō. diſt. ꝑ Bal. in. c. j. in. §. ſed ⁊ res. ꝑ quos ſi. inue. in vſi. feud. et ꝑ Old. in cōſi. xlix. ⁊ vide Inno. in. c. dudum. el. ij. de elec. vbi dicit ꝙ in diſpēſationib⁹ nō includit ſed remouet vitiū obiectiōis. ⁊ vide Bar. in. l. ſeio. in. §. vxori. d annu. le. vbi dicit ꝙ ꝑ dictio excluſiua qd etiā voluit Bal. in. l. ſi ita legatū. in pri. ff. de leg. j. et in. l. ſi cū ita de do. ꝑleg. vbi dicit qd ſi legaꝛ. c. ꝑter dotē. ꝙ ēt dos vr̄ eē legata. ⁊ vid ple. per do. Card. in cle. j. de ſum. tri. ⁊ in cle. j. in. §. pe. d her. ⁊ in cle. ij. in pri. de pe. vbi dicit qd qn̄ ſequiꝛ ꝓpoſitionē affirmatiuā includit. ſed qn̄ negatiuā ſtat poſitiue ⁊ excluſiue de quo ēt habeꝛ ꝑ Dy. i regula peccatū. de reg. iur. li. vj. ⁊ vide etiā Bar. i. l. ſi cū. in. §. ſi. i. ij. col. ff. ſi qs cauti. et ꝑ Bar. Bal. ⁊ Sal. in. l. actione. C. d tranſac. Et dū dr qd abſolutio ab excōicatione nō ſeruat a forma iuris vꝫ addas tex. i. c. qm̄o. xj. q. iij. ⁊ i. c. euidēter. j. q. j. et vide gl. in ver. inhibētes. in cle. j. d iurepat. ⁊ vide Joan. and. in. c. piſanis. d reſtit. ſpo. vbi etiā per do. Abba. in iij. colum. vbi dicunt qd ſi per reſcriptū eſt data forma in abſolutione ab excommunicatiōe ſi illa ſeruetur abſolutio eſt nulla de quo etiā vide ꝑ Phil. frāc. in. c. qua frōte. de appella. et ꝑ domi. Cardi. in clemē. j. in queſtio. xxx. de deci.

❀ Sebaſti. Sapia.

d ¶ Et dic aut hec poteſtas. Vide Bartolū et late Alexandrū in. l. ſi vni. ff. de re iudicata. Salic. in. l. cū magiſtratus. C. quando prouocare non eſt neceſſe. Alexan. in. l. reſcriptum. in princi. ff. de pac. Feli. in. c. auditis. de preſcrip. Abba. in conſi. lvij. incip. attingam. col. iiij. in. j. volu.

e ¶ Quod non tradas obliuioni. Adde Ange. conſi. clxvij.

Zacharias. Adde Jacobum reb. in. l. nominationum. nu. iiij. ⁊ in apoſtil. Celſi ad ipſum vbi remi. tractat. C. de decu. lib. x. Cardi. manda. in tractatu ſuo de elec. parte prima. c. xxij. in gl. in verbo. ⁊ ſanior. ⁊ quod poſui in apoſtillis ad iſtum in. c. eccleſia. lo. ij. in apoſtil. in verſi. ſed et ſanioritas. nu. xj. ſ. eo. tit.

ordinaria exemplū in pluribus iudicibꝰ ordinarijs.quedā eſt poteſtas delegata vt in pluribus delegatis.nā officium ipſorū eſt publicū autoritate ⁊ vtilitate quia fuit inductum autoritate publica ⁊ ad vtilitatem publicā.primo caſu cum poteſtas eſt ordinaria: aut ſunt plures ordinarij ad diuerſa officia:⁊ tūc quilibet habet iuriſdictionē ⁊ exercitiū inſolidum:qꝛ qlibet habet pro ſe ⁊ ſine cōſocio ⁊ hoc nō habet dubium:exēplū in diuerſis prelatis q preſunt in eccleſia dei:nā ep̄s exercet iuriſdictionē p ſe,archiep̄s etia p ſe ⁊ idē in patriarcha ⁊ alijs p̄latis vt in.c.cū ab eccleſiarū.⁊.c.duo ſimul. de offi.ordi.cū ſi.Aut plures ſunt deputati ad vnū officium exemplū ſi papa deputaret duos legatos in eadē ꝓuincia: vel ep̄s cōſtitueret ſibi duos vicarios in eodem loco nō diſtinguendo eorū officia:⁊ in hoc conſiſtit dubiū noſtrū.Gl. hic voluit ꝙ vnꝰ pōt exercere demū alio impedito.Hoſtiē. tȝ ꝙ oēs ſimul debēt cōuenire niſi lex vel cōſuetudo vel princeps,qui dedit ei iuriſdictionē dediſſet inſolidū:ſed gl.ibi in d.c.vt officiū.⁊ in.d.c.ij.de arbi.li.vj.ſimpliciter tȝ ꝙ quilibet ordinarius procedere pōt ſeparatim: lȝ nō det̄ impedimē-
a tū alteriꝰ.⁊ iſta opi.verior eſt ⁊ cōior[a] et eā tenet glo.in.d.l.ſi vni.idē Bar.in.§.ſi plures:⁊ in.l.vnica.ff.de offi.con.⁊ ibi videtur tex.ad idē.l.imperator.ff.ad muni.⁊ hanc opi.ſequor.
11 ¶ † Et ſalua iſtā glo.in parte.nā ſi cā fuit cepta corā vno ex ordinarijs nō pōt corā alio promoueri ⁊ finiri niſi det̄ impedimentum primi: vt eſt tex.no.in.d.l.ſi vni.⁊ ex hoc dicit ibi Bar.ꝙ ſi ep̄s hȝ duos vicarios qlibet ſeparatim pōt procedere:ſed ex quo cauſa eſt incohoata corā vno nō pōt alter ſe impedire niſi primus ſit impeditus qd̄ bene no.hec ꝓcedūt qñ iuriſdictio ordinaria fuit a principio penes plures qñ em̄ habuit originē penes vnū:ſed deriuauit in plures.i.ve-
12 nit.† Exēplū in pluribꝰ heredibus alicuius dñi habētis iuriſdictionē dubiū eſt nūquid iſti plures heredes cū ſucceſſerint loco vniꝰ poſſint ſeparatim exercere iuriſdictionem an debeāt ſimul cōuenire.d.Anto.hic refert Guil.de cu.in.l.ſi vni.tenere ꝙ nō debent ſeparatim ꝓcedere.arg.in.l.ij.ff.de ver.obli.ſed credo ꝙ nō recte referat:qꝛ reperio Bar.p eā-
b dem.l.tenere contrariū.l.ſi vni.⁊ p alia iura ſimilia[b]:⁊ iſtud credo verius:qꝛ negari nō pōt qd̄ iſti oēs nō ſint ordinarij ⁊ quod habeant iuriſdictionem vt ſinguli.vnde ſicut primꝰ poterat ſolus exercere iuriſdictionē,ita ⁊ iſti plures hr̄des: dicit tñ no.ꝙ vbi tractaret̄ de cōmodo vel incōmodo ſociorum nō pōt vnus ſolus exercere iuriſdictionē ſine alijs.vñ non poſſet vnus relaxare mulctā ſeu cōdēnationē: qꝛ tēdit ad incōmodū aliorū vt in.l.heredes mei.§.peto.⁊ qd̄ ibi not. ff.ad trebel.qd̄ eſt bene not.Et alibi in.d.l.inter tutores.poſuit notabile dictū qd̄ ſi iſti plures filij ſeu heredes diuidūt
c ſibi iuriſdictionē potiꝰ eſt diuerſa adminiſtratio[c] ꝗ̄ iuriſdictio:qꝛ iuriſdictio nō pōt diuidi nec valet diuiſio in preiudicium ſuperioris.Ex quo infert̄ qd̄ ſi vnꝰ ex iſtis delinqueret in adminiſtratione alteri tributa nō pōt ab alio puniri: qꝛ ſunt pares in iuriſdictiōe vt dixi:⁊ iuriſdictio eſt penes quēlibet in toto territorio:par autē in parem non habet impe-
d rium[d]:vt in.c.innotuit de elec.⁊.l.ille a quo.§.tempeſtiuū.ff.
13 ad treb.⁊ in.l.nā magiſtratus.ff.de arbi.¶ † Aduerte tamē
e diligēter qꝛ Bar.loquit̄ qñ iuriſdictio illa erat feudalis[e]:nā tunc certū eſt quod eſt indiuiſibilis:qꝛ feudū nō debet diuidi.vt in.l.imperialē.§.preterea.de ꝓhi.feu.alie.facit.c.licet ⁊ qd̄ ibi no.de voto.Si aūt iuriſdictio nō eſſet feudalis:tūc credo aliter dicēdū:ꝙ aut cōpetit iuriſdictio in diuerſis locis puta in pluribus caſtris neqȝ ſonat in nomē dignitatis qꝛ nō comitatꝰ nec ducatꝰ:⁊ tunc ſatis puto ꝙ plures heredes poſſunt ſibi diuidere illa loca etiā quo ad territorium ⁊ iuriſdictionem ſicut potuiſſet inter eos diuidere ille defunctus.Si vero eſſet dignitas non pōt diuidi ⁊ primogenitus dȝ ſuccedere:de quo in.c.lȝ alleg.ſi vero iuriſdictio nō eſſet feudalis nec ſonaret in nomen dignitatis nec cōpeteret in vno loco tantū puta in vna ciuitate vel in opido tunc ſatis puto quod iſti nō poſſunt diuidere iuriſdictionē quo ad territorium ne in eodem loco videant̄ duo dñi quaſi monſtrū contra.c.qm̄ in pleriſqȝ.j.de offi.ordi.itē qꝛ hoc tenderet in
f publicum preiudicium illius loci[f]: ⁊ ſic nō videt̄ poſſe fieri. arg.l.fi.C.ſi cōtra ius vel vti.pub.⁊ hec no.qꝛ nō habes alibi ita collecta.Si vero poteſtas eſt delegata ⁊ tūc aut plures ſunt delegati ad vniuerſitatē cauſarū.⁊ gl.⁊ Bar.tenuerunt in.d.l.ſi vni.ꝙ poſſint ſeparatim ꝓcedere ſicut ordinarij.hoc tñ nō ita firmauit Bar.in.d.§.ſi plures.ſed locutꝰ eſt ſub dubio forte tu vide in hoc quod dixi.ſ.e.cām.vbi tenui oppoſitū.Aut ſunt delegati ad vnā vel ad plures cauſas: et tunc ſi ſimpliciter ſine aliqua clauſula nō pn̄t ſeparatim procedere ⁊ ſi ꝓcedunt nō valet proceſſus vt in.c.cauſam.ſ.

eo.titu.⁊ hic ⁊.c.vno delegatorū.§.eod.tenet Barto.in.d.§.ſi plures.⁊ in.d.l.ſi vni.⁊ ratio ponit̄ hic in gl.nā plures dele-
a gati dati ab vno ſuper eodē articulo repreſentāt pſonā vniꝰ[a] c.paſtoralis.de reſcrip.vñ vnica iuriſdictio repreſentat delegantem apud oēs: merito cū ſint loco vniꝰ ⁊ vnica ſit iuriſdictio nō poſſunt ſeparatim procedere.Vnū tñ non omitto ꝙ ſiue ſint ordinarij ſiue delegati ad vniuerſitatem cauſarū
b etiam tenēdo opi.ꝙ poſſint ſeparatim ꝓcedere ſi cauſa eſt incohoata corā omnibus nō debet finiri niſi p oēs niſi aliter det̄ impedimentū de hoc eſt tex.ſm intellectū gl.quē ſequit̄ Bar.in.d.l.ſi vni.quod no.nam ſicut qñ cauſa cepta per vnū alius nō pōt ſe impedire: ita ⁊ qñ cauſa eſt cepta p oēs ſi nō ſunt dati delegati cū clauſula ꝙ ſi oēs.vt in tex.noſtro dic
14 vt.§.latius ſubijciam.in.q.iij.¶ † Venio ad ſecundū mēbrū principale diſtinctionis qñ officiū cōpetēs pluribꝰ eſt auto
g ritate publicū[g] ⁊ vtilitate priuatū.exēplū in pluribus tuto-
h ribus[h] ⁊ curatoribꝰ.habēt em̄ iſti officiū autoritate publicū ſed cōcernit vtilitatē priuatam.et ſubdiſtingue nam quedā
c eſt poteſtas ordinaria ⁊ principalis vt eſt ipſorū tutorū ⁊ curatorū:quedā eſt poteſtas acceſſoria et quaſi delegata:vt in actoribus datis a tutore.Primo caſu poteſtas cōpetit inſolidū.vnde quilibet tutor ⁊ curator pōt adminiſtrare officiū.
d vt.l.ſi.C.de auto.preſtan.niſi ſit talis actus per quē finiatur tutela qꝛ tunc debēt omnes cōuenire vt eſt tex.no.i.d.l.ſi.⁊ p hoc infert̄ ꝙ ordinarij vel delegati ad vniuerſitatē cauſarū nō poſſunt ſeparatim exercere aliquē actū per quē finiatur eorū iuriſdictio qd̄ no.Secūdo caſu poteſtas nō cōpetit inſolidū quēadmodū.ſ.dixi in delegatis.et hoc firmat Bart. in.d.§.ſi plures.Tertium membrū principale qñ officiū eſt autoritate et vtilitate priuatū ſubdiſtingue:qd̄ aut ſunt iſti deputati alicui vniuerſali negotiationi:vt ſunt plures exer-
i citores ſeu inſtitores:⁊ habent iſti poteſtatem inſolidū[i] niſi
e aliud ſit dictum in cōmiſſione:vt eſt tex.no.in.d.§.ſi plures. Aut ſunt deputati ad certa ſeu ad particularia negotia:et tunc nō habēt poteſtatē inſolidū niſi ſit dictū exemplum in pluribus procuratoribus ab eodē datis.vt.l.pluribus.ff.de procura.⁊ in.c.ſi duo.eo.tit.li.vj.Fallit ſi deputantur in cauſa ſpirituali.de quo dicendum vt in.c.ſi duo.⁊ in.c.penul.de ele.li.vj.Fallit ſecūdo ſcd̄m Bar.in.d.§.ſi plures.in pluribꝰ executoribus in teſtamēto datis alleg.c.ſi.de teſta.li.vj.licet nō recte excipit illum caſum:qꝛ plures executores nō habēt ſimpliciter poteſtatē inſolidū:ſed vno abſente vel nolēte intereſſe duo poſſunt ꝓcedere.⁊ hoc caſu loquit̄ tex.in.d.c.fin. vnde ſi alter eſſet preſens et vellet intereſſe nō pn̄t aliq ꝓce-
15 dere ſine eo.¶ † Quinimo eſt pulchrū dubiū qd ſi ſint duo
k executores an vno nolēte intereſſe vel mortuo[k] poſſet alter ſolus exequi:de quo vide per Fed.cōſi.lxvij.Dy.in.c.Joā. de teſta.predicta ꝓcedūt qñ iſti habētes officiū priuatū aſſumunt̄ extra iudiciū ⁊ aſſumunt̄ a pluribus ad iudicandū:vt
f ſunt arbitri nā nō pōt vnus ſine alio ꝓcedere vt in.l.pediꝰ. et.l.itē ſi vnus.ff.de arbi.ſed de iure canonico tene quod habetur in.c.ij.de arbi.lib.vj.⁊ p hoc habes ſatis plene et clare an poteſtas pluribus cōpetēs cenſeat̄ delegata inſolidum
16 aut pro parte.¶ † Et ex his infero ad principalē.q.huius gl.nunqd citatus a duobꝰ ex tribus delegatis teneatur cōparere ſi conſtat ꝙ tertiꝰ ſe nō excuſauit.⁊ dico ꝙ nō: qꝛ vt ſupra concluſi delegati habent pro parte poteſtatē nec poſſunt ſeparatim procedere.citatio vero eſt actꝰ iuriſdictiona-
g
l lis: ergo citatio duorū eſt nulla ⁊ temeraria[l] que non habet arctare citatū:vt in.c.bone.el.ij.de elec.⁊ qd̄ not.in.c.ſi ep̄s. iij.q.ij.⁊ in.c.veniens.de accu.⁊ in.l.nō videtur latitare.ff.de iud.⁊ hoc ſatis probat̄ hic maxime iūcta gl.in ver.citra formā.⁊ hanc opi.tenēt cōmuniter doc.hic.⁊ Bar.in.d.l.ſi vni.
17 ¶ † Venio nūc ad ſcd̄am principalē.q.gl.quid ſi duo ex tribus delegatis citant partē ⁊ ignorāt vtrū tertius ſe excuſa-
h uit,nūquid pars teneat̄ cōparere.gl.cōcludit qd̄ ſic.ex quo nō eſt certus qd̄ citatio ſit temeraria qꝛ in dubio tenet̄ quis comparere:vt in.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.Sed tu diſtin-
i gue meliꝰ poſt doc.qd̄ aut iſti duo exprimūt aliquā cauſam probabilem puta qꝛ dicunt qd̄ tertius ſe excuſauit:⁊ tūc tenetur comparere.qꝛ ex hac aſſertione factū redditur dubiū
k arg.l.iij.C.quibꝰ ad libr.procla.nō licet.⁊ hoc caſu ꝓcedit.l. ſi quis ex aliena.Aut duo ſimpliciter citant et non tenetur cōparere:qꝛ primo aſpectu citatio eſt iniuſta nec tenet̄ pars
l diuinare.⁊ ſi diceremus cōtrarium ſequeretur abſurdū qd̄ ad citationē cuiuſcunqȝ priuati teneretur quis comparere.
18 cum poſſibile ſit eū habere iuriſdictionē delegatā.¶ † Et ideo not.dicit Innocen.in.c.ij.de do.⁊ contu.quod vbi citatio prima facie eſt iniuſta non tenetur citatus cōparere niſi iudex citationē iuſtificauerit et nō pōt puniri vt contumax

a ¶ Verior eſt ⁊ cōmunior.add̄ are. cōſil.xxvj.Ro.cōſil.ccxliij.

Sebaſt.Sapia.
b ¶ Jura ſimilia.vid̄ Bar.idē tenentē i cōſil.clxxxix.ici. primo q̄rit̄ vtrū iuriſdictio.colū. iij.⁊ Bar.Soci.i ꝯſi.cclxxij.ici.nō ꝓſeqnendo ordinē in prima pte.

c ¶ Adminiſtratio.Adde Bart. cōſi.xciiij.

d ¶ Nō hȝ iperiū. Adde qd̄ do.de rota deciſ.inci.ſi duo barones.de iud.in antiqs dicūt ꝙ ille qui deliquit amiſit iperiū: ideo ab alio puniri poteſt.

Sebaſti.Sapia.
e ¶ Feudalis.An iuriſdictio feudalis poſſit diuidi. vide Feli.i.c.q̄ in eccl'iaꝝ.char.pe. ver.hāc deciſ.de ꝯſti.vide ēt alex. in cōſi.lx.inci.viſis dubitatiōibꝰ. in.iij.vol.et dñm Frā.cur.in cōſil. lxviij.inci.d.Jo. et Barth.ſoci.in cōſi.clxv.⁊ conſil. cclxxviij.i.j.pte.

Sebaſti.Sapia.
f ¶ Loci. Vide alex.i cōſi.xxv.incip.attentis.col. pe.in.v.vo.⁊ Soci.in cōſil.clxv.in prima pte tenētes cū Abb.hic.

Sebaſti.Sapia.
g ¶ Publicū. vide Ang.in cōſil. lvj.incip.q̄ reformatio.⁊ Are. in cōſi.lxvj.incip.viſo.col.iiij.q tenēt idem quod hic.

h ¶ Tutoribꝰ.adde vt p Are.cōſi. alleg.xxvj.

i ¶ Inſolidū.add̄ vt p anc.cōſi.cccxxxiij.⁊.cccci.

k ¶ Vel mortuo. Adde Bal.cōſi. ccclix.iiij.libr.

l ¶ Temeraria. Adde do.de ro. deci.cx.inci.ſi citat ab vno ex tribus.in nouis.

☙ Sebaſt. Sapia.
a ℭ Ratū habere.vide Bald.et Ange.relatos p Feli.in.c.ea q̄.in vlti.colū.j.de re iudi.

❀ Sebaſt. Sapia.
b ℭ Nō excuſato. Vide late Pau. de ca.i.l.j.i repe. C.de iuri.om.iu.

❀ Sebaſti. Sapia.
c ℭ Corā vno. Vide Fulg.in cōſil. clxvij.viſa copia inſtrumenti. vbi tȝ ꝙ ſi trib⁹ vel duob⁹ eſt ꝯmiſſa cū ſimpl̄r nō pōt fieri ꝓrogatio in vnum tantum.

Zacharias,
recolentes.de ſtatu regu.Quidã ſunt arbitri qui deputant̃ extra iudicium ſuper tota cauſa vel articulo cauſe iure tamen diſponẽte.ꝛ iſti dicuntur arbitri iuris quia nõ aſſumuntur principaliter ex voluntate partium ſed ex diſpoſitione iuris ꝛ ab iſtis põt appellari:vt eſt tex.no.hodie in.c.ab arbitris.de offi.deleg.li.vj.ꝛ pro ratione vide ibi gl. fi.ꝛ an iſti habeãt delegatam vel ordinariam teti gi in.c.ſuſpitionis.de offi.deleg.ꝛ per hoc poteſt elici queſtio qd in arbitris qui aſſumunt̃ quotidie ex diſpoſitione ſtatutorũ inter cõiunctas perſonas vel cõſimiles.[e] Bar.in.l.j.C.e.dicit ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ habeat executionem paratã ꝙ poteſt appellari ſicut a ſnĩa nõ tñ ſpecifice loquitur in arbitris aſſumptis vigore ſtatuti ſed in oib9 arbitris:ſed ipſemet.in.l.j.C.de no.cod.cõpo.ſentit ꝙ ſi ſtatutũ ſimpliciter diſponit vt partes certo caſu cõpellantur cõpromittere nec vltra diſponit ꝙ non poteſt ab iſtis appellari,[f] quaſi forte voluerit ꝙ vigore talis ſtatuti non cõpetit actio ex laudo ſed ſolũ prouidit ſtatutũ vt fiat cõpromiſſum ꝛ ſic in illis dicendum tanq̃ in arbitris voluntarijs.Sed ego nõ puto hoc dictum verũ.nam tex. videtur in contrarium in.d.c.ab arbitris.iuncta gl.fi.ex quo eñi arbitri eliguntur ex neceſſitate debet competere poteſtas appellãdi:ꝛ credo ꝙ etiã detur actio ex ſentẽtia preſertim cum teneamus tales arbitros habere iuriſdictionem ordinariã vel delegatã vt no.in.d.c.ab arbitris.ꝛ.d.c.ſuſpitionis.Sed gl.no.in.d.c.ab arbitris.dicit quod in arbitris electis in cauſa quã hꝫ eṗs contra ſubditum hꝫ locum appellatio:ꝛ tñ.c.ſi clericus.xj.q.j. ſolum diſponit vt arbitri eligãtur dum eṗs vult mouere litem contra ſubditum.Quidam ſunt arbitri omnino volũtarij ꝛ extraiudiciales qui aſſumuntur ex mera voluntate partiũ ꝛ in iſtis poteſt diſtigui:ꝙ aut ſunt veri arbitri aut arbitratores. Primo caſu aut loquimur de iure canonico aut ciuili:de iure canonico dixit Bal.i.l.j.C.eo.ꝙ põt appellari.[g] ꝛ videtur hoc habuiſſe pro indubitato.alle.ij.q.vj.ſtatuẽdũ.al's ſtatutũ.Sed certe ille tex.nihil facit:q2 non loquit̃ in arbitro:ſed in iudice vt colligitur ibi ex tex.ꝛ apertius innuit ibi gl. ꝛ contra dictum Bal.videtur tex.ij.q.vj.a iudicibus.iuncto.§.ſeq.ꝛ aperte voluit gl.in.d.c. ab arbitris.Sed gl.in.d.c.a iudicibus.poſuit notabile dictũ dicens ꝙ de iure canonico poterit arbitriũ iniquum per viam cuiuſdam reclamatiõis retractari:ꝛ ſic per implorationẽ officij iudicis:mouet̃ duntaxat per.c.ij.ꝯ.eo.ꝛ cum opinio.illius glo.vr̃ hic ſimpliciter tranſire do.Ant.ſed ego limitarẽ prout plene dixi in.d.c.ij.ſ.qñ arbitrium continet euidentem iniquitatem etiã in leſione ſolius partis:ꝛ hoc ſentit Hoſt.in.d.c.ij.ꝛ Archi.in.d.c.a iudicibus: q2 ius canonicũ obuiat notorio peccato. vt in.c.nouit.de iud.ꝛ puto etiam ꝙ inter laicos debet hoc admitti:vt voluit Hoſtiẽ.in.d.c.ij.ꝛ ibi dixi:ſed vbi non conſtat de iniquitate euidenti ſꝫ pars offert ſe ad probandum puto qḋ non debet admitti etiã de iure canonico:q2 remedia rigoroſa inducta vt finis imponatur litibus habẽt locũ etiam de iure canonico.hinc videmus quod ſentẽtia que ſemel tranſiuit in rem iudi.non poteſt amplius retractari pretextu iniquitatis pretenſe ſed facit ius inter partes in quo ſemel nõ contradixerunt in.c.cum inter.de re iud.Idem ergo dicendum in arbitro ne lites de nouo inſtaurentur.imputandum eſt eñi parti que ſe obligauit ſub pena ad ſeruandum arbitrium.ꝛ.c.ij.prealleg.procedit cum de iniquitate ꝯſtaret euidẽter prima fronte. Idem eſt ergo dicendum de iure canonico quod

a ¶ Boni viri.Adde Fede.cõſi.cxcv.ꝛ vide etiã in cõſilijs proxime alle. Zacharias.¶ Pau.de ca.Adde cõſi.lxxiij.inci.primo ꝛ ante oĩa.ꝛ ſe. iure:q2 fruſtra.Alex.cõſi.cxxx.vol.ij.Ang.cõſi.cñ.inc.laudũ arbitratoris.Fulg.cõſi.ccxxiiij.inci.qm̃ in ſingulis.Ro.cõſi.inci.viſo themate.ꝛ ſing.ſuo.l.incip.an a laudo.ꝛ Bal.cõſi.cccxxxj.inci.ꝓmitto.vol.iij.ꝛ in l.cũ antea.C.eo.ꝛ Pe.de anch.ꝯſi.ccxxvij.incipiẽ.in qõne ſupradicta. col.fi.v.reſtat rñdere.ꝛ ꝯſi.ſe.inci. iudex iudicatur2 circa fi.q ꝯcludũt nõ valere pactũ de non reducẽdo laudum ad arbitriũ hõi viri.imo dicit Pau.de ca. ꝯ.alleg.cõſi.lxxv. nulla vbo2 cautela:nec etiã ſtatuto poſſe tolli.imo etiã ſi interueniſſet iuramentum: vt no.Flo.in.l.ſocietatẽ.§.arbitrorũ.ff.ꝓ ſoci.Lud. ro.in rub.de arb. pau.d ca.p̃al.ꝯſi. lxxv.ꝛ Alex.con. cxxx.volu.ij.De gb9 vide ad ſaturitatẽ per Lãfr. de oria.i.c.qm̃ ꝯ. §.interlocutorie. nume.lxv.ꝛ ibi remiſſi.ad nauſeã vſq; in apoſt.cel. ad ipſum in v.qḋ no.ſ.de fi.inſtru. Anto.Franc.

¶ In hoc paſſu an poſſit quis ꝑ pactũ renũtiare appellatiõi vel reductioni ad arbitriũ boni viri.Dicas ꝙ appellatio nõ valet cõtra pactũ de nõ appellando.vt in.l.fi.§. fi.vt ibi per Bal. in prin.C.de tẽp. app.ꝛ in.l.nõ tm̃. ff.de app.ꝛ ꝑ ſpe. in ti.de arbi.in.§. ſequit̃.in vſi.qd ſi cõpromiſſum.ad de tñ ꝙ pt appellare etiã is q iurauit parere mãdatis iudicis:vt i.c. cum parati.et in c.ad hec.de app. qḋ eſt verũ niſi iudex excedat terminos iuris: q2 tũc põt appellari nõ obſtãte iuramẽto vt plene ꝑ Phil.frã.i.c.ad hec.d ap.ꝛ habet̃ in.c.veniẽs.ꝛ i.c. qntauallis.de iureiurã.ꝛ per bal. l.pe.ff.de arbi.ꝛ ꝑ Bart.in.l.fi.in.ij. co.in ver.qd dicemus.ff.de p̃to.ſtip.ꝛ no.Bal.in.l.tale pactũ.in.§.j.ff.de pac.ꝛ tene mẽti gl.ſingu.in.c.ꝙ bone.vj.q.iiij.in ver.diffinitũ.que dicit iurantẽ parere iudici vł arbitro poſſe appellare ꝛ petere reductionẽ.ꝛ eodẽ mõ dicas in eo qui promiſit ſoluere iudicatũ:q2 nihilomin9 põt appellare vt i.l. cum apud.ff.iudi.ſol.vbi ſi ꝓmiſit ſub pena habere ratam ſnĩam ꝛ ſoluere vt in.l.iiij.i.§.falſus.ff.rem ra.hab.ꝛ eodẽ modo ſi qs ꝓmiſit ſtare ſnĩe ferende ſcḋm ꝯſiliũ ſapiẽtis vt dixit Bal.in.l.ſi cõuenerit in verſi. ſꝫ an tũc pars.ff. de re iud.qḋ etiã voluit Bar.in.l. j.in.§.queſitũ.in fi.ff.de app.ꝛ idẽ Bal.i.l.ex illo.in fi.C.eo.ti.ſec9 aũt ſi quis ꝓmiſiſſet ſtare ſnĩe quomodocunq; ꝛ qualr cunq; ferende: q2 tũc nec poſſet appellare nec reductionẽ petere ſcḋm Bart.ꝛ Bal.in.l. tale pactũ in.§.ꝙ ꝓuc cauit.in ver. ſequit̃.ff.de pact. ꝛ ſequitur etiam Alex.in.d.l.ſi cõuenerit.de re iu. de quo ple.ꝑ ipm Philip.ꝛ alios ſcribentes in.d.c. ad hec.de appel. Sebaſti.Sapia.

b ¶ In pacto.Qñ valeat argm̃.ꝯ pacto ad ſtatutũ vide Iaſ.poſt alios in.l.nõ impoſſibile.ff.de pact. Alexã.in.l.pactũ qḋ dotali.colũ.ij. C.de colla.ꝛ cõſi. j.col.iiij.vol.iij.et cõſi.lix.col.ij.vo. iiij.ꝛ ꝯſi.l.volũ.v. ꝛ Feli.in.c.eccłia ſancte marie.col. xxxij.de conſtitutio.ꝛ i.c.ij.co.pe. de ꝓba.ꝛ in rubr. de preſcri.col.vij. ver.fallit.Franc. curtiũ in tractatu ſequeſtrorum. queſt.xxij.in fin.

c ¶ Valeat ſtatutum.adde qḋ voluit Ro.conſi.cx.

d ¶ Appellari.ad de qḋ voluit Ro. conſi.lxij. Sebaſti.Sapia.

e ¶ Vel conſimile. Vide Imo.i.l.j. col.pe.ff.ſol.mat. vbi etiã tꝫ ꝙ ab arbitris ſtatutarijs põt appella. ꝛ idẽ tꝫ Feli.alia adducẽs i.c.ſuſpitiõis.ver.ꝛ oĩa q̃ dicãtur.de off.de leg.ꝛ an poſſit appellari qñ oritur acctio.vide alex.i l.nemo põt.in.v. col.vbi Iaſ.in.ix. colũ.fi.de leg.j.late in.l.arbitro.ff. qui ſatiſda.cogã.

f ¶ Appellari.Adde Ful.conſi.clxxx.in.v.col.ꝛ Alexan.cõſi.cvj.iij.lib.

g ¶ Poteſt appellari.Adde Ro.conſi.xxxvij.

de iure ciuili. De iure autē ciuili aduerte: aut ſta-
tutum diſponit vt ſnīa arbitri mādetur executio-
ni: ⁊ tunc poteſt appellari: vt voluit Bar. in d. l. j.
qꝛ tunc hꝫ vim ſnīe vt agitur ex ſnīa. pōderāda em̄
ſunt verba ſtatuti: nā ſi ſtatutū dicit ꝙ arbitrium
mandetur executioni: ſicut ſnīa que trāſiuit ī rem
iudi. appellari nō pōt: aut ſtatutū diſponit ſimpli
citer vt ſnīa arbitri mandet̄ executioni: ⁊ tunc pꝛo
cedit dictū Bart. ſatis enim operatur ſtatutū ī eo
ꝙ diſponit vt habeat executionē paratā ſicut ſen-
tentia: nō aūt dꝫ intelligi vt cenſeat̄ remota app.
nam cū ſtatutū iſtud ſit cōtra ius dꝫ ſtricte intelli-
gi, ⁊ ſatis eſt ꝙ poteſt aliqd operari. ad hoc. c. i no
ſtra. de iniur. ⁊ qđ ibi not. in d. l. ſi qñ. C. de inoffic.
teſta. ⁊ in l. iij. §. hec verba. ff. de neg. geſt. ⁊ hanc li-
mitationem ſentit Bal. in d. l. j. aut ſtatutum nihil
diſponit: ⁊ tunc non poteſt appellari: vt in d. l. j. et
ratio eſt: qꝛ ex ſnīa arbitri nō oꝛit̄ actio neq; agit̄
ad penā compꝛomiſſi ex ſnīa: ſed agitur ex cōpꝛo-
miſſo: ⁊ ſic ex ꝯtu inito īter partes: a ꝓpꝛio vero
ꝯtractu nō pōt appellari: vt no. in d. l. j. ff. de pact.
⁊ in c. j. eo. tit. hec procedunt in vera appellatione.
nam cōtra arbitriū competit qñq; quedā ſpecies
appellationis: vbicūq; enim ex aliqua cauſa legi-
tima competit exceptio cōtra laudū: puta qꝛ fuit
latum per dolū ſeu per arbitriū ſuſpectū ꝓcedēte
pꝛius recuſatiōe: illa talis exceptio per quā retra-
a ctatur arbitriū hꝫ vim appellationis[a] cuiuſdā vt
dicit text. in l. non diſtinguemus. §. item cum qdā.
ff. eo. Secūdo caſu pꝛincipali ſcꝫ cum queritur de
arbitratoꝛe. Bart. in d. l. j. voluit ꝙ non poſſit ap-
b pellari[b] ſed pꝛetextu iniquitatis poteſt peti redu
ctio ad arbitriū boni viri. vt in l. ſocietatē. §. arbi-
troꝛum. ff. pꝛo ſocio. ⁊ idem ſentit Bal. in d. l. j. ſed
Bart. in l. ſi. ff. de appel. reci. fuit in ſingulari opi.
ſcꝫ ꝙ cōtra laudū arbitroꝝ iniquū cōpetit duplex
remediū: ſcꝫ appellationis ⁊ petitionis reductio-
nis ad arbitriū boni viri. ⁊ ſi pars intētat pꝛimum
remediū tenetur ſꝫm eū ſeruare tpa pꝛefixa in ap-
pellatione. mouet̄ qꝛ a trāſactione poteſt appella
re is qui ex ea ſe ſentit pꝛegrauari: vt in l. a ſenten-
tia. §. idemq; reſcripſit. ff. de appel. ſed dictū arbi-
troꝝ eſt quedā trāſactio. vt no. in c. quintauallis.
de iureiur. ⁊ aut̄. ſi vero contigerit. C. de iud. ergo
a tali arbitramento poteſt appellari. nam ab actu
extraiudiciali poteſt appellari ⁊ tenetur quis ſer-
uare tempoꝛa in appellatione pꝛefixa. vt in cle. ſi-
cut. de app. Sed quāq; hec conſideratio Bart. ſit
exquiſita tñ mihi non placet: ⁊ audio ꝙ a moder-
nis legiſtis cōiter nō recipitur. ⁊ contra hanc opi.
ſuā facit ratio quā ipſe ponit in l. ij. C. vbi et apud
quē cogni. ⁊ in l. j. C. de arbi. vbi dicit qđ a ſentētia
arbitri ideo non appellatur qꝛ non agitur ex ſnīa,
ſed ex cōpꝛomiſſo ⁊ a cōtractu ꝓpꝛio quis non po
teſt appellare. eſt ergo idē dicendū in caſu noſtro.
⁊ vide Inno. in c. ſtatutū. de reſcrip. li. vj. vbi dicit
ꝙ vbi quis ꝓcedit tanq; bonus vir: nunq; poteſt
ab eius ſnīa appellari. ⁊ idē ſentit Bart. in l. j. ff. de
leg. ij. non ob. l. a ſnīa. quam ipſe allegat: qꝛ loquit̄
in tertio qui non trāſigit ſed appellat a trāſactio-
ne facta inter alios ex qua poteſt pꝛetendere ali-
quod intereſſe. competit ergo ſolum remedium
petitionis reductionis ad arbitrium boni viri. et
ita ſimpliciter voluit tex. in d. §. arbitroꝛum. pꝛedi
cta procedūt habito reſpectu ad ius digeſtoꝛum.
ſed hodie pꝛopter. l. penul. pꝛealle. vbi diſponit ꝙ
ex ſententia arbitri oꝛitur actio ſi emologatur ex
pꝛeſſe per partes vel taciturnitate decem dierum
poteſt dubitari nūquid admittatur appellatio. et
Bart. fuit in ſingulari opi. ꝙ ſic in d. l. j. C. eo. mo-
netur: qꝛ appellādo vr̄ emologare arbitriū tanq;
latum ſed nō tanq; iuſte latum: vnde eo ipſo ꝙ ap
pellat oꝛitur actio. allegat in ſimili. l. iij. §. falſus. ff.
rem ra. habe. vbi dñs appellando a ſententia lata
contra falſum pꝛocuratoꝛem videtur appꝛobare
geſta per falſum pꝛocuratoꝛem: ſed Bald. in d. l. j.
⁊ do. Ant. hic ⁊ cōmuniter legiſte ſequētes repꝛo-
bant hoc dictū Bar. ⁊ credo ꝙ bene: quia aut ap-
pellando emologat arbitriū ⁊ nō poteſt pꝛoſequi
appellationem: qꝛ eſſet ſibi cōtrarius. Aut impu-
gnat ⁊ impedit natiuitatē actionis: ⁊ per cōſequens nō pōt appellari
nā nō pōt hoc caſu fieri nec reſpectu iuſtitie ſentētie. ergo eſſet ſibi con-
trarius pꝛoſequēdo poſtea appellationē. ſed in §. falſus. per quē moue
Bar. appꝛobatio pōt referri ad perſonā falſi ꝓcuratoꝛis nō aūt ad iu
ſtitiā ſententie: ⁊ ideo eſt ibi alius caſus. ⁊ hoc quo ad pꝛimā queſtionē.
18 ¶ † Ad ſecūdā queſtionē an valeat pactū ꝙ poſſit appellari a ſnīa ar-
bitri: intellige in caſibus in quibus de iure nō pōt appellari: hec que-
ſtio cōtingit de facto tpe Hoſ. ⁊ recitat hoc in c. Raynaldus. j. de teſt.
⁊ doc. antiqui fuerunt varij. nā multi tenuerūt valere pactū. qꝛ licet ius
dicat ꝙ nō poſſit appellari nō tñ dānat pactū factū inter partes. nā iu
dex debet iudicare ſꝫm ꝙ partes cōueniunt: vt in l. ſi cōuenerit. ff. de re
iud. ⁊ hāc opi. tenuerunt Gui. ⁊ quidā alij. cōtrariā opi. tenēt Ja. Bal.
Accur. in d. l. j. Spec. in tit. de app. §. in quibus. ver. xvj. ⁊ quidā alij: ſed
Moderniores legiſte ⁊ canoniſte cōiter tenent ꝙ nō valet pactū vt in
terponatur vera appellatio: qꝛ vt pꝛedixi cū ex ſnīa nō oꝛiatur actio nō
valet appellatio que ſuſpēdit illū a quo dꝫ interponi cū agat̄ ex cōpꝛo
miſſo vt pꝛedixi: ſed valet pactū in appellatione pꝛopꝛie ſumpta. nā vt
dicit Bar. in d. l. vnica. nil impedit quominus poſſimus cōuenire vt ar
bitriū de nouo reuideatur ꝑ iudicē. ⁊ not. dicit Bal. in d. l. j. ꝙ hoc caſu
appellatio defendit a pena cōpꝛomiſſi: nec eſt neceſſe ſeruare tempoꝛa
pꝛefixa in app. quia non eſt vera appellatio vt pꝛedixi. quod bene not.
19 ¶ † In tertia ⁊ vltima queſtione nūquid valeat renūtiatio appellatio
nis ab arbitrio interponēdo: in qua cōſidera ꝙ in caſibus in quibus de
iure appellari pōt vt qꝛ ſunt arbitri iuris: vel quia actio cōpetit ex ſen-
tentia: puto ꝙ valeat renūtiatio. nā quēadmodū pōt per pactū remitti
appellatio a ſnīa iudicis: foꝛtius dꝫ poſſe remitti in ſentētia arbitri: nā
qñ appellari pōt arbitriū habet vim ſentētie: ergo pōt quis per pactū
renūtiare appellationi. vt in d. l. ſi. C. de tēp. ap. ſed in caſibus in quibꝰ
nō pōt appellari: tunc nō cadit pꝛopꝛie renūtiatio appellationis. Sed
c poſſet dubitari nūquid poſſet emologari laudū anteq; ſit latū[c]. ⁊ dicē-
dū ꝙ nō. vt. ſ. dixi. vnde renūtiatio facultatis impugnandi arbitriū nō
remittitur. vt in d. l. pe. ⁊ vt pꝛedixi hec facultas impugnādi eſt quedā
ſpecies appellationis. ⁊ de hac appellatione impꝛopꝛie ſumpta pōt in
20 telligi iſta glo. dū dicit ꝙ nō valet renuntiatio. ¶ † Sed quero in caſi-
bus in quibus poteſt appellari ab arbitro: ad quem debeat appellari.
Sol. dicit hic Calde. qđ ad oꝛdinariū loci: qꝛ ipſe eſt qui mandat ſentē-
tiam arbitri executioni. alleg. not. in c. per tuas. j. eo. tit. Aduerte quia
neutrum dictum videtur pꝛocedere reſpectu executionis. vide tex. no.
in l. cum antea. C. eo. qui innuit ꝙ executio ſententie arbitri debet peti
apud iudicē rei contra quem petitur executio. ⁊ ſic non debet conſide-
rari foꝛus arbitri. nec loci vbi factum eſt compꝛomiſſum. ⁊ in hoc dixit
ibi Bald. illum tex. valde not. Item reſpectu pꝛimi melius conſidera.
nam vbicūq; poteſt appellari a ſentētia appellando quis cōqueritur
pꝛincipaliter a ſententia: ergo debet interponi ad ſuperioꝛem illius q
iudicauit. vt in l. j. C. vbi ⁊ apud quem. ⁊ hāc opi. in caſu noſtro firmauit
Bar. in l. ij. C. eo. Et ideo conclude ꝙ in caſibus in qbus poteſt appel-
lari debet ſemper appellatio interponi ad ſuperioꝛē illius q tulit arbi
d trium[d]. ¶ † Vltimo qꝛ gl. hic ponit multa cōuenientia inter iudicium
21 ⁊ arbitria[e]. queritur nunquid pereat inſtantia per lapſum triēnij coꝛā
e arbitro ſicut coꝛam iudice. ⁊ hec queſtio eſt multū difficilis ⁊ nō poteſt
bene per iura decidi. cōiter tamen tenetur ꝙ perit: qꝛ arbitria ſunt re-
dacta ad inſtar iudicioꝛum. vt in l. j. ff. eo. ideo ex quo non differt ſunt ī
hac diſpoſitione iuris debēt a pari iudicari. ⁊ hanc opi. cōmuniter ſen-
ſerunt noſtri doc. hic ⁊ Bar. poſt gl. in l. item ſi vnus. ⁊ in l. ſi de meis. §.
ſi. ff. eo. vide per Spec. in §. differt. eo. tit. ⁊ hoc intellige de iure ciuili nō
de iure canonico cum non pereat inſtantia coꝛam iudice. vt dixi in c.
penult. de iudi. foꝛtius non debet perire coꝛam arbitro. ⁊ per hoc ſatis
habes materiam huiuſmodi declara tam. Abbas.

a ¶ Vim appellationis. adde alex. conſi. lxxix. j. lib. ❧ Sebaſti. Sapia.

b ¶ Appellari. vide Fel. in c. paſtoralis. §. qꝛ vero. colum. iiij. verſ. item dicit Abba. ſ. de offi. deleg.

c ¶ Anteq; ſit latum. adde Jo. de ana. cōſi. ⁊ Fede. conſi. cxxv.

d ¶ Tulit arbitriū. Adde late Fede. cōſi. cclxxxv. Ro. conſi. cclxv.

e ¶ Arbitria. vide Feli. in c. venerabilis. col. pe. ver. coꝛā arbitro. j. đ iudi. ⁊ ibi etiā an quod dicit̄ in arbitro habeat locū in arbitratoꝛe.

1 ☞ Sentētia dubia ſiue laudum an poſſint declarari per iudicem vel arbitrum qui eam tulerunt.
Statuta dubia non poſſunt ſtatuentes ſed pꝛincipes declarare.
2 Conſilium alicuius vbi requiritur in aliquo actu: eſt neceſſario requirendum: licet requirens non aſtringatur illud ſequi: de conſenſu aliud eſt. de quo in numero. 4.
3 Habens liberam poteſtatem eligendi non poteſt indignum eligere.
5 Conſilium an ⁊ quando ſapiat conſenſum vel econtra.
6 Foꝛma ſi non ſeruatur an reddat actum nullum.
7 Conuerſi alicuius religionis an habeant vocem in capitulo.

Tam olim. Qui per arbitriū tenet̄ eligere cū aliquoꝝ conſilio: tenetur illoꝝ conſiliū in tractatu electiōis requirere: ſed ſequi non aſtringit̄. h. d. Pꝛimo ponitur conſultatio. Secūdo reſpōſio ibi: nos igitur. ¶ Caſus literalis. Inter pꝛioꝛē ſancti Bartholomei lucañ. ex vna parte ⁊ rectoꝛē ⁊ fratres hoſpitalis ſancti Bartholomei ex altera queſtio vertebat̄ ſuper eligēdis rectoꝛe ⁊ fratribus ipſius hoſpitalis. Cauſa ſuper hoc cōmiſſa fuit quibuſdā iudicibus. tādem vtraq; pars in ipſos iudices compꝛomiſit: ipſi pꝛotulerūt arbitrium ſuper vtrūq;. dubitatio eſt oꝛta: quam petierunt ꝑ ſedem apoſtolicā declarari. do. papa viſo inſtrumēto arbitrium continente ⁊ diligēter inſpecto inue-
nit ꝙ pꝛioꝛ ſancti Bartholomei ſcđm foꝛmam arbitrij tenetur habere

conſiliū cum familia hoſpitalis,ꝛ tractare cum eadem ſuꝑ er inueniēdo rectore:ꝓpter ꝙ dicit papa ꝙ niſi prior tractane rit cum familia hoſpitalis ꝛ ipſius conſilium requiſierit ſup inueniendo rectorē nō hꝫ ptātē eligēdi.Et ſi elegerit electio eſt irrita:ſed habito cōſilio ꝛ tractatu cum familia ſuper hoc prior libere poterit eligere rectorem ſiue concordet familia ſiue diſcordet cū ipſo priore.Ber.¶No.primo ꝙ ſup electio ne rectoris ſeu iure eligēdi rectorē pōt fieri compromiſſum. ¶No.ij.ꝙ in delegatos cauſe poteſt fieri cōpromiſſum tāꝙ in arbitros:de iure ergo canonico clarum eſt ꝙ tam in ordi narios ꝙ in delegatos poteſt fieri cōpromiſſum.de quo dic

1 vt latius dixi.ſ.e.cū tempore.¶†No.iij.arg.opti.ꝙ arbitri

a nō poſſunt eoꝝ ſnīam declarare nullam[a]:nam eoipſo ꝙ pro nūtiauerūt ſunt functi eorū officio.vnde nō poſſunt amplius adiri vt declarent dubia orta ex ſnīa:ſed dꝫ adiri papa prout hic factum extitit.ſed ego credo ꝙ etiā ordinarius inferior poteſt adiri:vnde firmarē hanc ꝯcluſionē ꝙ ille iudex qui hꝫ exequi ſnīam arbitri.poterit dubia ſnīe declarare.arg.eorū que leg.ꝛ no.in.l.ab executore.ff.de appel.vbi Bar.proſequi tur an quilibet iudex poſſit declarare ſuam ſnīam ſiue ſit or dinarius ſiue delegatus.ꝛ vide per cano.j.de ver.ſig.in.c.ex parte.el.iij.ꝛ facit qđ in ſimili no.Bart.in.l.terminato.C.de fruc.ꝛ lit.expen.Quis aūt iudex debeat mandare executioni ſnīam arbitri.dic vt dixi.ſ.c.proxi.Et argu.huius tex.ꝛ pre dictorū iurium dicēdū eſt ꝙ ſi datur aliquibus hoībus ptās condendi ſtatuta ꝛ demum ſuper ſtatutis oritur contentio non poſſunt ſtatutarij poſt finitum eorum officium iſta ſta tuta iterpretari:ſed debet recurri ad ſuperiorē qui dedit eis poteſtatem ſtatuta condendi.vt no.in.d.c.ex parte.ꝛ Barto. in.l.oēs populi.ff.de iuſti.ꝛ iure.¶No.iiij.ꝙ ex diſpoſitione arbitri poteſt electio rectoris pertinere ad alium ꝙ ad colle gium eccleſie.Item fieri poteſt vigore ꝯſuetudinis vel priui legij:vt in.c.cum dilectus.de cōſue.ꝛ in.c.abbate.de ver.ſig.ꝛ

2 in.c.ij.de in integ.reſtit.¶†No.vlterius ꝙ habens ptātem eligendi ſeu alium actum explicandi cū conſilio tñ alicuius:

b non valet ꝙ gerit niſi prius requiſierit cōſiliū[b] illius:nō tñ te

c netur ſequi conſilium[c].ꝛ ad hoc quotidie allegat iſta decre.ꝛ concor.c.cum in veteri.de elec. Et ex his infertur q2 licet eps teneatur fere in oībus gerendis per eum requirere cōſilium capituli.vt in.c.nouit.ꝛ in.c.quāto.de his que fi.a prela.nō tñ tenetur ſequi conſilium canonicorum.ſatis enim eſt require re conſilium prout.ſ.ꝛ debito tempore expectare reſpōſum.

3 ꝛ probatur hoc vltimū in.d.c.cū in veteri.¶†Ultimo not.ex fine litere,ꝛ tene menti ꝙ habens liberam ptātem eligēdi nō poteſt eligere indignū ſed tenetur eligere idoneū.ad idē.c.cū cauſam.de elect.ꝛ.c.abbate.de ver.ſig.facit.l.vt gradatim.ff.

4 de mu.ꝛ hono. ¶†In gl.ij.pro intellectu huius gl.ꝛ tex.pri mo quero nūquid interpretatio huius.c.habeat locū in alijs diſpoſitionibus diſponētibus conſilium aliquorū requiri in aliquo actu.nam iſte tex.loquitur qñ cōſiliū erat requirendū ex forma arbitri:vnde poteſt dubitari quid in alijs diſpoſitio nibus.Sol.gl.iſta in prima parte videtur tacite ſentire quod idē ſit in alijs diſpoſitionibus.ꝛ facit.d.c.cū in veteri.de elec. Idem ſentit Hoſt.hic,dicens ꝙ hec interpretatio ꝓceſſit ex ꝓpria ſignificatiōe vocabuli.nam cōſenſus eſt ſimilis ſenſus. dicit enī a con,qđ eſt ſimul,ꝛ ſenſus,quaſi ꝙ ſit ſimul:q2 ſi ha beo aliquid agere cū cōſenſu tuo ego debeo ſentire tecum et tu mecū:alſ non eſt conſenſus,ſed diſſenſus.xxxj.diſt.in.§.j.ꝛ c.tua.j.de ſpon.vnde nō valet actus ſi non habeo conſenſum tuū.pro hoc facit tex.iuncta glo.in.c.vnico.ne ſede vacā.li.vj. ita dicendū in cōſilio.nam cōſiliū ſm ſuam etymologiā idem eſt ꝙ conſultorū reſponſiones legere:q2 is qui requirit ꝯſiliū habet legere ſeu eligere id quod ſibi magis videt ex reſpōſio nibus conſultorum.vnde ex ꝓpria ſignificatione vocabuli nō tenetur ſequi conſiliū:ſed ſatis eſt requirere ꝛ intra ſe poſtea eligere id quod magis videtur ex reſponſionibus cōſultorū: ꝛ hec ꝓcedunt regulariter ſm eum.nam qñq3 conſiliū ponit pro cōſenſu: vt eſt tex.iuncta glo.in.c.venerabili.de offi.dele. ꝛ in.c.j.de for.cōp.qñq3 conſenſus ponitur pro conſil.lxiiij.di. in.c.j.ꝛ.ij.ꝛ fit hec interpretatio ſm qualitatem negotiorum ꝛ perſonarū quaſi velit dicere ꝙ ſm propriā ſignificationē vo cabulorum procedit quod primo dictum eſt: ſecus quādo fit impropriatio vrgente materia ſubiecta: non tamen declarat

5 Hoſt.qñ debeat fieri iſta impropriatio.¶†Sed pro clariori intellectu materie diſtingue poſt Bartol.in.l.j.§.ſi plures.ff. de exerci.cū queritur an conſiliū ſapiat conſenſum: aut enim conſiliū eſt impendendū ei qui non habet integrū iudiciū ra tionis ꝛ tūc ſapit cōſenſum: vt.l.impuberibus.ff.de ſuſpe.tu. ꝛ hoc modo poteſt intelligi tex.ſm vnū itellectū.c.venerabi li.prealle.Aut conſilium eſt impendendū habenti integrum iudicium:ꝛ tunc aut is qui hꝫ impendere eſt particeps illius officij:ꝛ tunc cōſilium ſapit conſenſum.ꝛ iſte eſt ꝓprius caſus illius.c.venerabili.ſm vnum intellectū:nā coadiutor datus ꝓlato eſt particeps illius officij.ideo lꝫ ius dicat ꝙ dꝫ requi ri conſilium coadiutorū:tñ dꝫ capi conſilium pro conſenſu:q2 alias officiū ſuum eſſe ſuperuacuū.aut nō eſt particeps offi cij:ꝛ tūc cōſiliū ſtat ꝓprie.vnde ſatis eſt requirere:vt hic:ꝛ in d.c.cum in veteri.pone exemplum.ſtatuto cauetur vt mulier non poſſit teſtari ſine cōſilio duoꝝ conſanguineoꝝ.certe hoc a caſu ſatis eſt requirere cōſiliū: cū facultas teſtandi ſoli mulie ri cōpetat,ꝛ hoc teneas: licet Cy.voluerit facere differentiā inter dictionē de:ꝛ dictionē cum: dixit enī ꝙ ſi aliquis hꝫ ali quid facere cum cōſilio alicuius nō tenetur ꝯſilium ſequi: ſe cus ſi hꝫ facere de cōſilio alicuius:vt no.per eum in.l.id quod pauperibus.C.de epiſ.ꝛ cler.ſed Jo.and.in regula nullus.in mer.hāc differentiā nō approbat nec etiā Bar.in loco ꝓalle. b iure enī nō ꝓbatur imo potius oppoſitū:vt no.in ꝓalle.lo cis.hec ꝓcedūt cū querit an ꝛ qñ conſilium ſapiat conſenſum ꝛ ecōtra qñ conſenſus ſapiat conſiliū: dic aut is cuius cōſen ſus requiritur nō pōt eſſe particeps illius officij:ꝛ tunc con ſenſus ſapit conſilium.vt in.l.titiū.ꝛ qđ ibi no.ff.de admi.tut. ꝛ ob hoc dixit Bart.ꝙ ſi teſtator diſponit ꝙ executor teſtamē ti non poſſit aliquid facere ſine conſilio ꝛ conſenſu ſeu volun tate guardiani fratrum minoꝝ non tenetur executor habere conſenſum.ſed ſatis eſt habere cōſilium: q2 frater minor non pōt eſſe executor teſtamētarius vt in cle.exiui.de verb.ſig.vñ c nō dꝫ ſibi licere indirecte ꝙ directe ſibi ꝓhibet: vt in regula cum quid vna via.de reg.iur.lib.vj.ꝛ in.c.tue.de procur. Aut is cuius cōſenſus requirit poteſt eſſe particeps officij:ꝛ tunc ſi eſt impendendus cōſenſus ex diſpoſitiōe hoīs ei qui hꝫ po teſtatem plenam a lege,tunc ponitur cōſenſus pro cōſilio: vt no.in.d.l.titium.ſi autē eſt impendendus conſenſus ei qui hꝫ poteſtatem ab hoīe,ꝛ tenet habere conſenſum ex diſpoſitione hoīs vel legis:ꝛ tunc tenet conſenſum ꝓprie.vnde niſi habeat conſenſum nō valet actus: vt in auk.hoc ius porrectū.x.q.iij. nam eps dꝫ in alienatione habere cōſenſum capituli.ꝛ ſi alie nat ſine conſenſu nō valet alienatio vt ibi.xij.q.ij.ſine exce ptione.Quid aūt ſi ille qui hꝫ impendere conſilium non vult impendere conſilium vel eſt abſens ſeu mortuus.vide ꝙ dixi in.c.ex parte.de cōſtit.ꝛ ho.tex.in.c.vnico.in fi.ne ſede vac.lib. c vj.per Bart.in.d.§.ſi plures.ꝛ in.l.ſi cū dotē.in.§.eo antē tem

6 pore.ff.ſol.mat.ꝛ in.l.fi.C.de bo.que lib. ¶†Ulterius quero hic: electio facta forma nō ſeruata eſt nulla: nūqd illud ꝓce

d dit generaliter vt actus geſtus forma nō ſeruata ſit nullus[d]. Sol. Hoſt.videtur velle ꝙ iſtud ſit ſpeciale in forma tradita per arbitrum vt hic. Idem dicit in forma tradita ab hoīe vt eſt tex.in.c.cum in veteri.prealle.ſecus dicit in forma iuris:q2 illius tranſgreſſio non inducit actus nullitatem niſi ius pro cedat vlterius retractando actum ſicut facit in.c.q2 ꝓpter.et in.c.ne pro defectu.de electio. Et ꝓ differentia adducit q2 mi tius agitur cum lege ꝙ cū miniſtro legis:vt dicit tex.in.l.cel ſus.ff.de arbi.ꝛ per hoc ſentit Hoſt.ꝙ ſi ex diſpoſitione iuris quis haberet aliquid facere cū cōſilio alterius teneret actus d conſilio non requiſito niſi ius ſpecifice actum retractaret.et cum hoc dicto Hoſt.tranſeunt hic cōiter doc.nil tñ boni alle gant nec allegare poſſunt:q2 dictū ſuum indubitanter nō eſt verū.ꝛ primo in ꝯtrium allego tibi tex.iuncta gl.ñ.in.c.nouit. de his que fi.a prela.vbi gl.no.vult ꝙ ſi eps nō requirit conſi lium canonicoꝝ non vꝫ ꝙ agit:q2 facit ꝯ iuris diſpoſitionez. ad idem poſſunt allegari multa iura que dicunt ꝙ actus ge ſtus contra legē non vꝫ lꝫ non retractaret per legē:vt in.l.nō dubiū.C.de legi.ꝛ in regula,que contra ius fiūt.de reg.iur.li. vj.ꝛ.x.diſt.in.c.vides. Item forma dat eſſe rei ex diſpoſitione iuris.xij.q.ij.in ſumma.ꝛ in.c.ſine exceptione.ꝓbatur etiam in.l.ſi vnꝰ.C.de teſt.non obſtat motiuū Hoſt.q2 quo ad actꝰ nul litatē[e] durius agitur cum lege ꝙ cum miniſtro legis:vt not. voluit Bart.in.l.amplius.ff.rem ra.hab.allega.ho.tex.in.l.ſi libertus.ff.de iure pa.vbi alienatio facta in fraudem legis eſt e ipſo iure nulla:ſi in fraudē hominis eſt reuocanda.ꝛ idem vr̄ ſentire Inno.in.c.raynaldus.de teſtamen.vbi tenet indiſtin cte ꝙ alienatio facta cōtra legem eſt nulla:ſed nō ſemper cor ruit quando facta eſt contra diſpoſitionem hominis.ꝛ cla rius adhuc idem ſentit in.c.fi.de accu.vbi dicit ꝙ quo ad actꝰ nullitatem paria ſunt aliquid facere cōtra legem mortuam vel contra legē viuā.¶Ultimo oppo.cōtra tex.videtur enī ꝙ iſta electio rectoris debeat ptinere ad fratres hoſpitalis, ꝛ non ad priorem ſancti Bartholomei: q2 collegium dꝫ ſibi eligere prelatum:vt in.c.j.de elect.ꝛ in.l.fi.C.de iuriſd.om.iu di.Sol.dicunt communiter doct.ꝙ contrarium procedit in ſpecto iure cōmuni ſed hoc contingit ex forma arbitrij.forte

a ¶Declarare nullam.adde qđ voluit Ancha.cōſil.ccxxij.Jo.de ana.conſil.l.fulg.cōſi.cxlv.Rapha.comen.conſi.cxlij.

b ¶Requiſierit cōſiliū.adde de arbitro q dꝫ regere conſi.Rapha.camē.conſi.vij.et de hic replicatis p abba.vide que poſuit in.d.c.venerabili.

Zacharias.

c ¶Nō tenet ſequi conſiliū.Hoc fallit in iudice illiterato qñ ex forma ſtatuti iudex tenetur requirere cōſiliū q2 talis illiteratus illud ſequi teneret.ita ſingu.no.Fel.in.c.ſciſcitatus.col.vj.verſ.illiteratus.ſ.de reſcript.

Sebaſti. Sapia.

c ¶Sequi cōſiliū.Uide Bal.in.l.i.col.pe.C.q admi.ꝛ moder.in.l.vniuerſis.C.de ꝓcib.impa.offer.alexā.in.l.cū ꝓlatis.ff.de re iud.aliquid per Moder.in.l.ſi q's mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hered.

Sebaſti. Sapia.

d ¶Sit nullus.vide regulā qꝰ actꝰ vitiat forma non ſeruata.i.l.cū.§.ſi ꝓtor.ff de trāſact.de quo ꝓſcribentes.i.l.vniuerſis.C.de preci.impe.offer.cū infinitis cōgeſtis p d.Fel.in.c.qm̄ frequenter.in prin.col.iij.ver.tu vo attēde.j.vt li.t nō cōteſt.

Sebaſti. Sapia.

e ¶Actus nullitatem.Quō hec regula procedat ꝙ mitiꝰ agat cū lege ꝙ cū hoīe.vide.d.And.ſicu.in cōſil.l.in.iij.colū.ꝛ ſeq.in.ij.volu.ꝛ in.c.raynaldus.char.xj.de teſta.ꝛ Bar.in.l.ſi inſulā.i.pe.oppo.j.partis.ff.de verbo.obliga.

a ¶ Nã habent vo
cem. Adde iſtum
in.c.j.colū.fi.ꝛ qd̄
ibi poſui in apo.
ad ipſum.ſ. de p
cur.eundem.in.c.
eccleſia ſctē Ma
rie.nu.iij.in apo
ſtil.in ver.vna cū
clericis.ſ.de con
ſtit. Jmol.in.c.cū
M.ferrarienſis.
col.x.in prin.ꝛ ibi
cōco.ꝛ in.c.ij.cir
ca fi.de ſent.excō.
ꝛ in alleg.c.i.col.
xviij.in princi.de.
procur. Ro.ſing.
dclv.incipi.fuit a
me queſitum.
b ¶ Credo ꝙ nō.
Adde Ro.cōſil.
ccccix.
c ¶ Jn laicū.adde
Ro.cōſil.clxxiiij.
Pe.de anc.cōſil.
xcvij. Pau.d caſ.
cōſil.lxxi.in primo
impreſſis. Alex.
cōſil.xci.ij.lib. Jo.
de ana.conſi.l.
Sebaſti. Sapia.
c ¶ Jn laicū. Vide
Bal.in rub.de iu
di.in.i. cōmento.
colū.ij.ꝛ que not.
Alex.i.l.quoties.
C.de iud.ꝛ in.l.ti
tia.ff.ſol.mat.ꝛ in
cōſi.xci.in.ij.volu.
vbi dicit ꝙ in cau
ſa ſpūali non pōt
fieri cōpromiſſum
in arbitrū: ſꝫ i ar
bitratorē poteſt.
d ¶ Puto verius.
vide Jo.an.in.c.
ſignificaſti.de fo.
cōpe.ꝛ q̄ ibi dixi.
And.barb.

arbitri aliq̄ de iure fuerunt moti adiudicando priori.ꝛ vidē
tur doc.hic ſentire ꝙ iſte procedant ex familia hoſpitalis per
petua ꝛ religioſa:quaſi velit ꝙ iſti famuli ꝛ ſeruitores hoſpi
talis qui morātur in hoſpitali ad tp̄s ꝛ ſunt omnino laici nō
habent electionē rectoris:ſed oportet ꝙ ſint fratres religioſi
ꝛ perpetuo ibi dedicati.not.bene hoc dictū.ex quo collige qd̄
nō ſolū clerici faciētes collegiū habent ſibi eligere prelatū ſed
etiā laici religioſi: puta cōuerſi qui nullū ordinē eccleſiaſticū
habent.ꝛ ad hunc effectū allegauit Jnn.iſtū tex.in.c.ij.de inſt.
7 ꝛ gl.in.c.ex eo.de elec.lib.vi. ¶ † Sed aduerte tu latius vltra
doc.nã qñq; in eccleſia ſunt clerici ꝛ laici cōuerſi:qñq; ſunt lai
ci cōuerſi:ꝛ qñq; ſunt laici nō cōuerſi ſed puri laici. ¶ Primo
caſu ſi eccleſia collegiata eſt ſecularis cōclude qd̄ laici cōuerſi
a nō habent vocē[a] nec in electione prelati:nec in aliĳs actibus
capitularibus.ratio qꝛ non niſi laici canonici habent vocē in
capitulo:vt in.c.nouit prealle.ꝛ ius canonie nō cadit in laicū.
vt in.c.ij.de inſti.ergo oportet cōcludere ꝙ cōuerſi eccleſie ſe
cularis nullā vocē habent in capitulo.ꝛ hāc opi.in effectu ſen
ſit Jnn.in.d.c.ij. Si aūt iſti cōuerſi ſunt in monaſterio mona
chorū in quo aliqui ſunt clerici:ꝛ tunc eſt magis dubiū:qꝛ ius
monachatus cadit in laicū.nã olim monachi nō erant clerici
xvi.q.i.generaliter ergo videtur ꝙ debent habere vocē vna
cū clericis.ꝛ de hoc dubitauit Jnno.in.d.c.ij. Sed tu cōclude
ꝙ in electione prelati laici cōuerſi nō habent vocē cū clericis:
qꝛ iſtud ius ſpirituale eligēdi prelatū ad diuina officia nō ca
dit in laicū:licet cōuerſum.tex.eſt hodie ſingularis in.c.ex eo.
preal.vbi dicit ꝙ ex cōſuetudine pōt laicus cōuerſus hoc ac
quirere:ꝛ originaliter fuit dictū Jnn.in.d.c.ij.ſed ille tex.non
explicat quid in aliĳs actibus.vnde Egi.vt refert Jo.and.in
c.j.de procu.ſenſit ꝙ habent vocē vna cū clericis.ſed Specu.
dubitauit in tit.de ſyndi.in.§.quid de cōuerſis.ꝛ tandē relin
quit hoc cōſuetudini.ſed Fede.de ſenis conſil.ccxiij.ſentit ꝙ
nō habeant vocē:ꝛ pro hac opi. ego adduco tex.in.c.ꝛ ſi Chri
ſtus.de iureiu.iuncto fine cum ſupraſcriptione: vbi probatur
no.iudicio meo ꝙ conuerſi laici nō dicuntur de capitulo mo
nachorum clericorum.ꝛ hodie in multis locis hoc approbat
conſuetudo. ¶ Secundo caſu principali quando in loco ſunt
tātum conuerſi laici.exemplum in iſtis fratribus hoſpitalis
ſancte Marie de laſchala.ꝛ in iſtis dicendū:qꝛ de iure cōmu
ni habent electionē rectoris ꝛ vna cum rectore debent elige
re alios fratres.arg. eorum que no.hic.ꝛ per Jnno.in.d.c.ij.
nam cum rector eorum nō eligatur ad diuina exercenda ſed
principaliter ad tēporalia miniſtranda ius eligendi rectorē
non eſt quid ſpirituale. vnde puri laici facientes collegium
approbatum poſſunt ſibi eligere rectorem.vt in.d.l.fina.ita ꝛ
iſti laici conuerſi poſſunt ſibi eligere rectorem ꝛ exercere om
nia iura collegij.ꝛ hoc indubitatum quãdo omnino ſunt re
ligioſi.nam pprie ꝛ ſtricte dicunt religioſi qui profitentur
tria ſubſtantialia religionis approbate. Aliĳ vero qui profi
tentur aliquid ex tribus ſed nō omnia non dicuntur habere
regulā ſed potius quendam modū viuendi.ꝛ de hoc vide gl.
no.in cle.j.de relig.domi.ꝛ gloſſ.in cle.pe.de ſen.excom. dixi
plenius ſuper rub.de regula.vnde de iſtis qui nō ſunt ſtricte
religioſi poſſet dubitari vtrū ſi ſint i aliquo hoſpitali poſſint
eligere rectorem hoſpitalis.ꝛ credo ꝙ ſi ſint ibi inſtituti p ſu
periorem ꝛ perpetuo ad hoc dedicati ꝙ habebunt electionē:
ſi autem ſunt exercentes aliquod opus tunc indubitanter
iſti eligunt ſibi rectorem qꝛ iſte eſt potius rector perſonarum
ꝙ loci.ſecus aūt vbi non eſſent inſtituti per ſuperiorem ho
ſpitalis:ita vt faciant collegium:qꝛ hoſpitale de iure eſt in di
ſpoſitione epiſcopi:vt in.c.de xenodochiis.de relig.domi. et
ideo non debent habere electionem rectoris niſi ſint ibi inſti
tuti collegialiter per ſuperiorē. ¶ Ultimo caſu qñ ſunt puri
laici:dic ꝙ iſti ſi exercent pfeſſionem approbatā poſſunt eli
gere rectorem perſonarum.vt in.d.l.fi.ſed ſi ſunt in loco reli
gioſo non habent electionem rectoris:ex quo ipſi ſunt puri
laici ꝛ non religioſi. Abbas.

1 ☞ Laicus non poteſt etiam cum clerico cognoſcere de re
bus ſpūalibus nec tāq̄ iudex nec arbiter aut arbitrator vel
amicabilis compoſitor:etiam per viam reconuentionis niſi
ex iuſſu pape ſolius.3.
2 Uſuraria queſtio an ꝛ quo caſu poſſit compromitti.
Uſure poſſunt remitti vſurario ſponte.
4 Laicus poteſt eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici.

Contingit. De rebus ſpiritualib⁹ in
laicum cōpromitti non po
1 teſt. Per ſe patet ꝙ hic dicit̄. Ber. ¶ † Not.i.qd̄
laicus nedū ſuper iure ſpūali phibet̄ iudicare.vt
in.c.ij.ſ.de iudi.ſed etiā arbitrari non pōt vt hic.vnde laicus
non pōt eſſe delegatus in cauſa ſpirituali niſi delegatio ſibi

fieret per papam.vt no.in.d.c.ij.nec per viam reconuentiōis
de ſpiritualibus cognoſcere poteſt.vt no.in.c.j.de mut. peti.
nec vt arbiter iudicare poteſt:vt hic. An aūt poſſit compro
mitti in laicum tanq̄ in arbitratorem ꝛ amicabilē cōpoſitorē
b ſuper iure ſpirituali.credo ꝙ non[b]:qꝛ iſte tex. loquitur gene
raliter.ꝛ facit.c.ij.de iudi.vbi dicit̄ ꝙ laici non debent tracta
re negotia eccleſie. ¶ Ultimo no.ibi:nō decet,ꝙ id quod nō
decet non licet vt hic.qñq; tamen ꝙ non decet,licet.vt not.in
2 c.magne.de voto.ꝛ in.c.j.de deſponſa.impube. ¶ † Sed que
ro nūquid ſuper qōne vſuraria poſſit compromitti pſertim
c in laicū[c]. Sol.canoniſte non tangūt qd̄ memini.ſed Bal.for
mauit qōnem in.c.j.§.ſimiliter.de controuer.inueſti. coll.x.ꝛ
ibi concludit ꝙ ſuper vſuris futuris non pōt compromitti ſꝫ
ſuper preteritis.ſic intelligo primū dictū qñ ex laudo dare
modus fenerandi.nam ſicut nō valet arbitriū ſimoniacū. vt
in.c.ij.ſ.eo.ita nec valere dꝫ arbitriū feneratitiū.nam vtroq;
caſu inducitur peccatū ſecus vbi laudū nō induceret vſurā.
¶ Quo ad fin.ſ.de vſuris preteritis limito ꝙ valet compro
miſſum ꝙ ſponte fuit factum:ſecus autem ſi per fraudē vſu
rarij pars fuit inducta ad compromittēdum vt ſic indirecte
conſequeretur remiſſionem vſurarum.nam tunc laudo non
obſtante poterit iudicio meo repetere vſuras.ſicut enim nō
valet tranſactio vel remiſſio vſurarū ſponte nō facta vt not.
Jo.an.in addi.Spe.in tit.de vſu.in.iij.col.ꝛ facit ꝙ no.in re
gula peccatum.de reg.iur.lib.vj.ꝛ per Fede.cōſi.xviij.ita va
lere non dꝫ cōpromiſſum ſponte nō factū.ꝛ puto ꝙ in caſu in
quo valet cōpromiſſum pōt compromitti in laicū:qꝛ ex quo
ſolū agitur de repetitione vſurarū hec queſtio nō poteſt dici
ſpiritualis.pro hoc vide gl.in.c.ex literis.de iureiur.ꝛ qd̄ ibi
3 dixi.qd̄ no.gl.in cle.diſpendioſam.de iudi. ¶ † Jn glo. j.ibi:
ſed in laicū tm̄.no.hanc particulam gl.ſimpliciter ex qua col
lige ꝙ ſicut nullus citra papam poteſt cōmittere cauſam ſpi
ritualem laico;vt plene no.in.d.c.ij.de iudic.ita nullus citra
papam pōt autorizare vt in ſolū laicū poſſit compromitti de
iure ſpirituali:quidam tñ vt Uincen.ꝛ Jo.tenuerunt contrarium
hoc vltimo caſu ꝛ ſentit Jnnoc.reſtringens ſe tñ quando lis
erat incepta in ſolū laicū autoritate ſuperioris:ſed Hoſt. ap
probat dictū gl.ꝛ hoc videtur verius.pro quo īduco iſtū tex.
vbi papa gñaliter prohibet ne fiat in laicum compromiſſum
de iure ſpirituali.ergo nullus citra papā poteſt hanc conſti
tutionē violare cum inferior non poſſit tollere nec modifica
re nec in aliquo detrahere cōſtitutioni ſuperioris:vt in cle.ne
romani.de elec. Jtem regulariter nullus diſpenſat cōtra cō
ſtitutionem pape niſi in caſibus conceſſis.vt in.c.dilectus. et
ibi per Jnno.de temp.ordi.cum ergo ſolū ſit iure expreſſum
vt autoritate ſuperioris poſſit cōpromitti in clericū ꝛ laicū.
vt.ſ.eo.c.ſeq.ergo in ſolum laicum nō poteſt cōpromitti au
toritate ſuperioris.preterea adduco ho.tex.in.c.ij.de iud. vbi
dicitur ꝙ prelati nō debēt negotia eccleſiaſtica laicis cōmit
4 tere per eos tractanda. ¶ † An autem poſſit eps cām ſpiri
tualem cōmittere clerico ꝛ laico.videtur ꝙ ſic.arg. eorū que
d no.gl.in.c.proxi. Contrarium puto verius[d] licet enim valeat com
promiſſum in clericū ꝛ laicū non tñ poteſt cā ſpiritualis dele
gari clerico ꝛ laico.ratio diuerſitatis eſt.qꝛ vt dixit Joā. an.
ſ.c.proxi.ipſum arbitrari de re ſpirituali non eſt actus ſpiri
tualis.merito in clericum ꝛ laicum poteſt compromitti auto
ritate ſuperioris.ſed iudicare de cauſa ſpirituali eſt quid ſpi
rituale.nec in laicus non eſt capax iuris
ſpiritualis etiā aſſociato ſibi clerico.vt probatur in.c. maſſa
na.de elec.ꝛ tenuit Jo.an.in.c.nobis.ſ.de iurepatro.ſic limi
ta,no.in.c.eccleſia.de conſti.ꝛ hoc dictum tene mēti pro limi
tatione huius glo.ꝛ.c.ſeq. An laicus poſſit eſſe aſſeſſor iudi
cis eccleſiaſtici. Hoſt.tenet hic ꝙ ſic.ꝛ cōiter idem tenēt doc.
in.d.c.ij.ꝛ declara hoc vt ibi. Abbas.

1 ☞ Executio laudi non poteſt fieri per ipſum arbitrum ſed
per iudicem ipſius rei.
2 Procurator non poteſt cōpromittere nec trāſigere ſine ſpā
li mandato:ꝛ ſi aliter fecerit tenetur de ſuo facere.b.16.
3 Utile per inutile non vitiatur.
Laicus an poſſit cognoſcere ſpiritualia vna cum clerico.
4 Laudum emologatum habet executionem tam de iure ci
uili q̄ canonico.
5 Laudum etiam nullum poteſt per partes emologari.
7 Speciale mandatū tunc inducitur per promiſſionē de rato,
quando fuit data in procuratorio libera poteſtas omnia fa
ciendi que poteſt ipſe conſtituens.
8 Compromiſſum ſimplex ꝛ laudum inde ſequutū parit actio
nem de iure canonico.
9 Emologari dicitur laudū nō ſolū per partiū ſubſcriptionē:
ſed etiam per aliam approbationem ſine ſubſcriptione.

Compromiſſum

10 Compromiſſum ſi eſt factũ cum ſtipulatione: an
pars non quieſcens teneaꝛ ad intereſſe ſm vtrũ⸗
qꝫ ius laudo aliter non emologato.
11 Cõpromiſſum iuratũ an ⁊ ad qd pariat executio
nem ſi nõ ſit laudũ inde ſecutum emologatum.
12 In obligationibꝰ facti an ſuccedat obligatio ad
intereſſe quando interuenit iuramentum.
13 Iuramẽtũ qñ iteruenit i cõpromiſſo tũc pt̃ peti
executio landi nec requiriꝛ alia emologatio, nec
ſuccedit obligatio ad itereſſe. de quo vide. j. nu. 6.
14 Iuramẽtũ hꝫ vim clauſule rato manente pacto.
15 Cõpromiſſum ſi cõtinet penã ſine iuramẽto: tũc
pars ſi vult ſoluere penã nõ cõpellitꝛ ſtare laudo.
Laudũ ſequutũ ex cõpromiſſo ſine iuramẽto tñ
penali an poſſit tacite vel expreſſe emologari.
17 Intereſſe quomodo cõſideretur ⁊ ad quid: quã⸗
do poteſt peti in aliqua cauſa.
18 Clauſula rato manente pacto an habeat locũ in
compromiſſis.
19 Cõpromittẽtes ſi ꝓmiſerũt ſtare ſentẽtie arbitri
per ſtipulationẽ ⁊ poſtea immediate fecerũt pa⸗
ctũ de obſeruãdo id qđ arbitri iudicauerũt poſ⸗
ſunt preciſe cogi ad laudi obſeruantiam.

PEr tuas. Autoritate iudi⸗
cis cãe etiã delega
ri põt de cã ſpũali in clericũ ⁊ in laicũ
cõpromitti: ⁊ ſi arbitriũ eſt a ptibꝰ re⸗
ceptũ oꝫ executiõi mãdari lꝫ ꝑ gñalẽ ꝓcuratorẽ
factũ fuerit cõpromiſſum: ſi aũt nõ fuit arbitriũ
approbatũ: ⁊ pena fuit apposita ad itereſſe. h. d.
gñalr inherẽdo litere. lꝫ hoc ſummariũ recipiat
multas limitatiões: vt. j. patebit. In prima pte
poniꝛ cõſultatio. in ſcđa diffinitio als diſtinguẽs
rñſio. ibi: ſup quo. ❡ Caſus lr̃alis. Inter hoſpi⸗
talarios ſancti Joannis ⁊ plebanũ de piſcia ſup
hoſpitali ſancti Allucij qđ vertebaꝛ. Cã ſup hoc
cõmiſſa fuit ianueñ. archiep̃o. tãdẽ ꝓcurator ple
bani cũ pte altera autoritate ianueñ. archiepi. iu
dices delegati cõpromiſerũt de qõne illa in vnũ
clericũ ⁊ duos laicos. iuramẽto a ꝓcuratore ple
bani ipoſito: illi ꝓtulerũt arbitriũ: hoſpitalarij
impetrauerũt literas ad archiep̃m piſanũ ſuper
executione arbitrij: cũ plebanus nollet arbitriũ
obſeruare plebanꝰ corã archiep̃o ꝓpoſuit qđ ad
cauſam tractandã ꝓcuratori dedit gñale manda
tum nõ tñ ei mãdauit vt ſine ſpeciali mãdato cõ⸗
promittere poſſet vel tranſigere. ⁊ ꝓcurator ille
de mãdatto capituli ſui nõ fuerat cõſtitutꝰ: ideo
dicebat arbitriũ nõ valere cum procurator fines
mãdati exceſſerit. Et preterea arbitriũ illud fue⸗
rat per vnũ clericũ et duos laicos ꝓmulgatũ: et
ideo nõ valebat. Archiep̃s ſup hoc ꝯſuluit dñm
papã. papa reſpondet ꝙ ſi ex parte plebani arbi
trium receptum fuit indiſtincte ratum oꝫ habe⸗
ri ⁊ executioni mãdari ſm formã mandati apo⸗
ſtolici ſi vero fuit receptũ diſtinguit vtrũ fuerit
de obſeruando ipſo pena ſtatuta vel non. ſi pena
fuit appoſita põt agi ad penã: ſi nulla pena fuit
appoſita. ſed ſimpliciter ꝓmiſſum fuit ꝙ ſtareꝛ
ſentẽtie arbitrorũ ꝓcurator ad intereſſe poterit
cõueniri. qꝛ iuramẽto ſuo ſeipſum ꝑſonaliter obli
gauit. ⁊ nõ eccleſiã. ꝙ aũt a duobꝰ laicis ⁊ vno cle
rico latũ ſit arbitriũ non nocet: cum autoritate
ipſius archiepi factum ſit cui cauſa de qua cõpro
1 miſſum eſt fuerat delegata Ber. ❡ † No. j. ibi: ſu
per executione: ꝙ arbitri nõ mãdãt ſuã ſententiã
executioni ſed pro ea recurrẽdũ eſt ad ſuperiorẽ
vñ ſup executione fienda fuit impetratũ hoc re⸗
ſcriptũ apoſtolicũ. dic tñ ꝙ nõ ſolũ papa: ſꝫ etiã
ordinariꝰ rei contra quẽ eſt fienda executio põt
ſentẽtiã arbitri exeq. de hoc eſt text. not. in. l. cum
antea. C. eo. ⁊ hoc ibi firmat Bal. dixi. s. eo. cũ di⸗
lectus. ⁊ ad primũ dictum qđ arbitri nõ poſſunt
exequi. facit. l. a diuo pio. in prin. ⁊. l. ait p̃tor. ff. de
2 re iudi. ❡ † No. ij. ⁊ tene mẽti ꝙ procurator non
a põt cõpromittere[a] vnde ſicut trãſigere nõ poteſt
ſine ſpeciali mãdato ita nec cõpromittere: vt ꝓ⸗
baꝛ hic. facit tex. cũ gl. in. c. qui ad agẽdũ. de ꝓcu.
li. vj. ❡ No. iij. ꝙ ſolus p̃latus nõ põt ꝓcuratorẽ
cõſtituere ad litigãdũ ſine caplo. hoc itellige qñ

b cauſa eſt ardua[b]: ⁊ ſic oꝫ intelligi. c. j. de ꝓcu. alias
ſecꝰ. de quo dic vt plene dixi i. c. edoceri. de reſcri.
3 ❡ † No. iiij. caſum ſingularẽ in quo clericus aſſo
c ciatus laico[c] facit laicũ capacẽ illiꝰ actꝰ quẽ ſo⸗
lus exercere nõ poſſet. Nõ ob. ꝙ plures ſint laici
qꝫ clerici. nã hic erãt duo laici ⁊ vnus clericꝰ. non
tñ extẽdas caſum huius. c. ad actũ ſpiritualẽ: qꝛ
laicus nõ põt effici capax ꝑ mixturã clericorũ. vt
in. c. maſſana. ⁊. c. ſacroſan. de ele. ⁊ voluit no. Jo.
an. hic ⁊ in. c. a nobis. j. de iurepa. Nec ob. iſte tex.
qꝛ arbitriũ de re ſpirituali nõ eſt actus ſpiritua⸗
lis: vt dixi in. c. ꝓxi. ſꝫ prohibetur ſolus laicus: qꝛ
nõ decet ipſum de talibus arbitrari vt dicit tex.
in. c. precedẽ. nõ ergo ꝓhibetur rõne incapacita⸗
tis ſed rõne honeſtatis: honeſtas autem ſatis cõ
ſeruaꝛ ex mixtura clerici. ⁊ ꝑ hoc tolliꝛ contrariũ
qđ formari põt de. l. pediꝰ. §. fin. ff. de arbit. vbi dꝛ
qđ in ſeruũ ⁊ liberũ nõ põt fieri cõpromiſſum vñ
ibi vtile vitiaꝛ ꝑ inutile: hic aũt inutile habilita⸗
tur ꝑ vtile: ſꝫ dic ꝙ ſeruꝰ eſt incapax cõpromiſſi:
merito miſtura habilis nõ fecit ipſum capacẽ ſꝫ
laicus nõ eſt incapax cõpromiſſi de re ſpirituali.
ſed ſolũ ꝓhibeꝛ ꝓpter honeſtatẽ ꝓut p̃dixi: ſecꝰ
4 autẽ ſi eſſet incapax: vt in. d. l. pedius. ❡ Not. ibi:
arbitriũ receptũ. ꝙ queẽadmodũ de iure ciuili ar
bitriũ emologatum habet executionẽ ita de iure
5 canonico vt hic. ❡ † Itẽ no. ex eodẽ verbo quod
arbitriũ nullũ ex defectu mãdati ſeu ſolẽnitatis
d mãdati põt emologari. i. approbari.[d] ❡ No. qđ
arbitriũ non emologatũ nõ hꝫ executiõem pa⸗
ratã etiã de iure canonico: ſed prociditꝛ queãd⸗
modũ hic proceſſum fuit contra ꝓcuratorẽ. nã ſi
pena fuit appoſita in cõpromiſſo agiꝛ ad penã: ſi
võ pena non fuit appoſita: agiꝛ ad intereſſe. ⁊ in⸗
tellige in cõpromiſſo facto tanqꝫ in arbitrũ ſecꝰ
ſi in arbitrorem ⁊ amicabilem cõpoſitorem: tunc
agiꝛ preciſe ad obſeruantiã arbitramenti: ſed ꝑs
ſciẽs leſionẽ põt petere vt arbitramẽtũ reducaꝛ
arbitrio iudicis ad bonã eqtatẽ: vt in. l. ſocietatẽ.
in. §. arbitrorũ. ff. pro ſoc. ⁊ per Inn. in. c. quinta⸗
uallis. de iureiurã. ⁊ vide ho. gl. in. c. cauſam q̃. de
elec. ❡ No. ibi, qꝛ iuramẽto ſuo ⁊c. ꝙ iuramẽtum
6 obligat iurantẽ de iure canonico. ❡ † Itẽ no. qđ
procurator q cõpromiſit ſine mandato teneꝛ ſa⸗
tiſfacere de ſuo. vñ queẽadmodũ ageretur cõtra
dñm ſi dediſſet mãdatũ: ita oꝫ agi ꝯtra ꝓcurato
rem ſi copromiſit ſine mandato. vt in. l. plautius.
ff. de ꝓcu. ❡ Ultimo not. vnũ caſum in quo dele⸗
gatus põt autorizare: lꝫ hoc nõ ſit exp̃ſſum in re⸗
ſcripto: nã vt hic patet nõ ſolũ ordinariꝰ ſed etiã
delegatus cauſe põt autorizare vt cõpromiſſum
7 fiat de re ſpirituali in clericũ ⁊ laicũ. ❡ † In gl. j.
ibi. cũ dilectus. ⁊ ibi glo. tenet ꝯriũ ⁊ illud verius:
qꝛ clauſula de rato nõ operaꝛ ſpeciale mandatũ
niſi fuiſſet data libera poteſtas. de quo dic vt in
c. q ad agẽdũ. de ꝓcu. libr. vj. vel niſi dediſſet ſibi
poteſtatẽ faciẽdi oĩa que in ꝓpria perſona cõſti⸗
tuẽs facere poſſet. ⁊ de hoc vltimo vide qđ plene
8 dixi in. c. ſi. de dila. ❡ † In glo. pen. ibi etiã ſilen⸗
tio decẽ dierũ. no. ex hac glo. modum proceden⸗
di ex ſentẽtia arbitri: ſed latius attingẽdo mate⸗
riam concludẽdo dicta doc. aĩaduertendũ eſt ꝙ
quãdoqꝫ fit cõpromiſſum ſimplici ⁊ nudo pacto
nulla iteruenĩete ſtipulatiõe neqꝫ pena neqꝫ iu⸗
ramẽto. ⁊ tũc cõiter tenet ꝙ de iure ciuili nõ oriꝛ
ex arbitrio actio vel exceptio vt no. i. l. diẽ ꝓfer⸗
re. in fi. ff. e. qñqꝫ tñ ꝓduciꝛ exceptio ſi ptes exp̃ſſe
hoc egerũt. vt i. l. litigatores. ff. e. ſed de iure cano
nico eſt dubiũ. Hoſt. tenet qđ ex tali cõpromiſſo
põt agi ad intereſſe ſecuto arbitrio. ⁊ placet hec
opi. d. Ant. ⁊ ſatis videꝛ mihi vera: qꝛ de iure ca⸗
nonico põt agi ex nudo pacto: vt in. c. j. de pact. ⁊
qđ ibi not. ergo põt agi ad intereſſe queẽadmo⸗
dum ſi interueniſſet ſtipulatio. ſentit Hoſtiẽ. qđ
etiã de iure ciuili põt agi hoc caſu ad intereſſe:
quia ius ciuile reſpectu intereſſe nõ exigit exp̃ſſe
ſtipulationẽ: lꝫ gl. aliud hic dixerit. nam ⁊ tex. in
d. l. diem proferre. in fin. nullã mentionẽ facit de
